




I. CAMPENSI
DE INTERPR.
PSALM. OMN.












No 17.
M Fuchter fecit
LN 109 ex. 1 M
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS





Sign A-Z og Aa-Dd a 8 bl, Ee 4 bl. (D. i det.
27 Lin. Cpl

1

Psalmorum omnium iuxta Hebraicam veritatem paraphrastica interpretatio, authore Joanne Campensi, publico, cū nasceretur et absolueret, Louanij Hebraicarū literarum professore.

R. D. Joanni Dantisco Episcopo Colmensi &c. dedicata.

A prece principium
de prece finis erit.

Accessit Athanasius ad Marcellinum in librum psalmorū Capnione interprete.

Possidet Nicolaus Canuti Burobius, Donatione Dn. Joan. Jac. verbi Dei apud Skif...mensis Ministri.

Paraphrasis in concionē Salomonis Ecclesiastæ quantum phrasis Hebraica permittit, ad literam proxime accedens per Joannem Campensem.

Jo. Grammii.

De Jo. Campensi, atq. de his eius Paraphrasibus, et ceteris earum editionib. vid. Schelhorn. Amoenitt. Litterar. Tom. XI. pag. 74. seqq. et quos ibid. citat.


BIBLIOTHECA REGIA
HAFNIENSIS

REVERENDISSIMO D. Joanni Dantisco Colmẽsi Episcopo, Regis serenissimi Poloniæ apud Cæsaream maiestatẽ Oratori &c. Joannes Campensis S.



Abes tandem modis omnibus ornatissime Præsul, succinctam in Psalmos oẽs paraphasim, iuxta Hebraicã veritatẽ, in qua cum verbum verbo respondere non potuerit, versus tamẽ versibus secundum Hebræorum exactissimã distinctionẽ, exacte respondent, qui in vulgata editione plurimis in locis cõfusi/ rem per se alioqui obscurã plus satis, obscuriorẽ reddiderunt. Quis antẽ fuerit author huius editonis, qua Ecclesia vtitur, mea non multum refert, hoc vnũ tantũ affirmo, indignam esse quæ diuo Hieronymo tribuatur: constat hunc per omnia Græcam editionẽ sequutũ, vertisse quicquid vertit, cuius nõ minus obscurus est author, quam est nostræ huius Cer-

tum

tum enim eſt ex ipſo Ariſtæa, qui
ſeptuaginta duos interpretes iuſſu
Ptolemei regis in Aegyptum per-
duxit, quiq; q̄d egerint, quo modo
a rege excepti fuerint, quot horas
verſioni ſingulis dieb⁹ impēderint
quodq; nō ſeptuaginta cellulis, alij
ab alijs ſecluſi fuerint ſed in vna
domo cōſultantes inter ſe, conſonū
quiddam ediderint, quod Græco
Demetrio deſcribēdum traderent,
vnico libello complexus eſt. Ex hoc
ergo certū eſt, et ex Joſepho in præ-
fatione antiquitatum Judaicarum
imo ex ipſo diuo Hieronymo non
vno tantum loco, ipſos ſeptuaginta
duos, tantum legem, hoc eſt, quinq;
libros Moſi in linguam Græcam
tranſtuliſſe abſoluerunt enim id ad
quod vocati fuerant, eo, inquit Ariſ
ſtæas dierum numero, quo erant
ipſi, hoc eſt duobus et ſeptuaginta.
Hæc paucis hic non ſine cauſa com
memorare libuit propter receptam,
ſed pernicioſam perſuaſionem in
Græcis de ſeptuaginta, et Latinis
de vulgata editione, quod ea ſit di-
ui Hiero

ui Hieronymi, atq; ob id in neutra quicquam mutare ex ipsis Hebrai- cis fontibus liceat, cũ extet iuxta He- braicam veritatẽ editio alia, quam certissimũ est esse ipsius Hieronymi quãuis ecclesia nescio quo modo est non receperit. Qui ergo nunc cona- tur melius quiddam afferre, q̃ vsu receptum est, non diuersum a Hie- ronymo cum iniuria sanctissimi et doctissimi viri facit, sed idem peni- tus, quod olim faciebat ipse. Verũ hæc hactenus, ad me enim nõ mul- tum pertinent, qui non interpretem ago, sed paraphrasten, quiq; au- thoritatẽ in ecclesia nullam ambio, nec cuiquam iniuriam facio, nisi for- te obscuros locos, eosq; non paucos ob nimis scrupulosam in reddendo verbũ verbo fidẽ, explicuisse aliis verbis apertioribus sit iniuriam fa- cere. Ego tantum natiuũ quẽdam gustum horum psalmorũ dare vo- lui, futurum sperans, vt olim eccle- siæ consensu totũ vetus testamen- tum doctis et linguarum peritis in nostram linguam transferendũ cõ-

mittatur

mittatur, quemadmodũ audio hunc nostrũ summũ pontificẽ Clementẽ vij. ante nuperrimã Romanæ vrbis expugnationẽ tentasse, vt videlicet ex prouincia sex Iudæis, et sex Christianis Hebraice peritis mandaretur. Sed ad rem nostram reuertamur, hanc paraphrasim, quã tantopere in publicum prodire cupis, maxima ex parte, ante aliquot annos Louanij cum linguam Hebraicam in Buslidiano collegio profiterer, auditoribus meis nõ in hoc dictaueram, vt vnquam euulgaretur, sed vt aliquos ad studium Hebraicarum literarum inuitarẽ, re ipsa ostendere conatus sum, nõ vtilẽ solũ, sed necessariam fore ad sacros authores intelligendos eius linguæ nonnullam cognitionẽ, quod q̃ videatur verisimile alijs nescio, de me hoc dicere possum, ꝙ nullis cõmentarijs in hunc psalmorũ librũ (puto enim me omnes propemodum legisse, qui aliquo modo in precio fuerint) tantũ adiutus fuerim, quantum exigua, imo propemodũ nulla

NVNCVPATORIA

sacrosanctæ huius linguæ notitia. Habe itaq; mi Dantisce non nostri tantum seculi præsulū decus, qđ a me nullus ĩpetrasset alius, quantũuis id multi conati sint, et boni, et docti, nec mediocriter magni viri: non ꝙ illos iudicauerim hisce meis nugis indignos, sed ꝙ mihi persuadere nunq̃ potuerim, aliquid inesse quod doctis placere posset. Quid ergo causæ sit fortasse ipse tu rogabis cur nunc tibi dem, qđ nulli dare cōstitueram. Paucis respondebo: fama nominis tui, qua mihi annis non paucis cognitus fuisti, et ipsa præsentia, quæ famam adeo non minuit, vt auxerit etiam vehementer, cogunt me credere plus tibi, quam ipsi mihi, depræhendi enim non fallacibus argumẽtis reculam quandam in te, oportet enim minimum quiddam esse, quod vix vlla lingua pluribus dignata est syllabis, quam vna, ex Hebræis est Græcis Latinis mens tu si voles ex reliquis linguis addes, nouisti enim toti⁹ Europæ ferme oīs

hæc

hæc certe ſyllaba magis me rapuit in amorem tui q̃ vllæ tuæ opes, aut in me innumera alioqui beneficia, et quid me non raperet, quū per eam, cum ſumma eruditione, et nequaq̃ Sarmatica ciuilitate cōiunctam, ad pontificale culmen euectus ſis, et merito apud potentiſſimos principes tam ſit gratioſus meus hic Sarmata, vt ſi quidlibet indutus celeberrima per loca vadat, omnis Dantiſcum deceat color, et ſtatus, et res. Vale Domine mi, et has qualeſcūq; laboris mei primitias conſule boni, meliora tibi promitto et alia multa, et hæc fortaſſis ipſa, ſi Deus vitam concesserit. Norimbergæ. 3. Maij. 1532

PSALMVS I.


Odis omnib⁹ beatus est Beatus
ille vir, qui non secutus vir
est consilium eorum, qui
sine certa lege viuunt,
neq; socius fuit eorū qui
studio faciunt male, multo minus
eo dementiæ peruenit, vt imposto-
rum illi vita placuerit.
2 Quin poti⁹ in doctrina dñi totus
erit, et doctrinam illius animo vol-
uet, et reuoluet nocte et die.
3 Quare similis erit arbori planta-
tæ iuxta riuulos aquarū, que fruc-
tū maturū proferet tēpore oportu-
no: cui⁹ ne vnū quidē foliū marces-
cet, et quēcunq; illa fructū protule-
rit, vtilitatem ille adferet aliam.
4 Longe aliter eueniet impijs exle-
gibus: erunt enim veluti festuca,
quæ ludibrium est venti.
5 Quare subsistere non poterūt im-
pij illi, sed causa sua cadent, quan-
do ad normam æquitatis vita illo-
rū expēdet, neq; transgressores du-
rare poterunt in coetu iustorum.
6 Agnoscit enim dñs modū viuen-
di iustorū, & gratus est illi, sed vitæ

genus illorum, qui Deū nō habent
præ oculis, interibit,

2

Quare fremuerūt gentes.

QVæ dementia fecit exteras
nationes inter se conspirare,
et Judaicam factionem rem
stultam animo concipere?
2 Opposuerunt enī se, qui reges sūt
orbis et principes inito consilio con
spirauerunt aduersus Dominū et
Christum illius.
3 Rūpamus inquientes laqueos
eorum, abiiciamus a nobis vincula
eorum, ne pareamus legibus eorū.
4 His minis nihil aliud, q̄ ei qui
coelos ipsos inhabitat risū mouent,
et ipsi Domino cachinnum.
5 Quādo enim videbit illi, loque-
tur tanquam iratus cum eis, et ve-
luti grauiter cōmotus turbabit, et
irrita faciet omnia consilia eorum.
6 Ego interim, inquit Dominus,
inuitis illis præfeci regem, qui mi-
hi placet, monti Sion, in quo sācti-
tatis meæ specimina edere cōstitui,
7 Arripio ego rex cōditionē, ⁊ tan-
quā firmissime decretum in acta re-
feram

feram hoc, qđ Dñs dixerit ad me fi-
lius meus es tu, ego hodie genui te.
8 Et, si poposceris a me veluti pa
trimonium, et hæreditario iure tu-
os. possidebis omnium nationũ po-
pulos, et ditio tua extendetur vsq;
ad extremos fines terræ.
9 Tamq; tibi erit facile, si rebella-
re voluerint, confringere illos scep-
tro tuo ferreo, et potestate regia, q̃
figulo frangere vasculũ, quod pau-
lo ante finxerat ipse,
10 Quare tandem resipiscite o re-
ges, et rectam admonitionẽ admit-
tite quotquot estis iudices terræ.
11 Et depositis ridiculis minis li-
benter vos imperio Dñi subdite, et
gaudete talẽ vobis contigisse regẽ,
memores interim quantus sit, et q̃
metuendum ne offendatur.
12 Itaq; filium quẽ vobis præfecit,
osculamini, et amicitiã illi⁹ expe-
tite ne forte irascatur, et vos a recta
via aberretis: si enim veluti ira ac-
census cũ rebellib⁹ vobis agere coe-
perit, quod nisi resipiscatis breui
futurũ est. sero sẽtietis quã vere foeli

ces

ces fuerint, qui se illius imperio sub
diderunt.

Psalmus Dauid cum fugeret
Absolon filiũ suum. 3.

Dñe quid multipli.

DOmine quam sũt multi qui
affligunt me? plurimi insur-
gunt aduersum me.
2 Multi dicũt de me, nulla est huic
in Deo spes reliqua salutis. Tam
mentiuntur impudenter scelerati.
3 Cũ toties tu arripueris in præ-
lio scutum contra hostes pro me, et
fueris mihi insignis gloriæ author,
et erexeris caput meum.
4 Voce itaq; mea ad dñm etiam
nunc clamabo, et ille exaudiet me è
coelo, monte videlicet sanctitati illi9
peculiariter dicato. Certo certius.
5 Ego iacebam et suauiter dormie-
bam, et finito sõno secur9 surgebã,
certo sciẽs q' adesset dñs mihi.
6 Quare nõ metuissem tũ vel cen-
tũ hominũ milia: etiam si sũmo stu-
dio vndiq; oppugnassent me.
7 Exurge dñe, et eam securitatem
redde mihi: serua me mi Deus, qui
percutere soles omniũ inimicorum
meorũ

meorum maxillas, et ignominiosè
veluti colaphum impingere illis, et
dentes impiorũ male de me loquen
tium confringere.

8 A solo te expectanda est vera sa-
lus qui in populum te agnoscentem
mirifice sẽper fuisti liberalis. Quod
certo cõstat.

Psalmus David 4

Cum anxie implorem auxiliũ
tuum, exaudi me quæso De-
us innocentiæ meæ testis,
qui in angustias redacto mihi latis
simũ sæpe de ĩprouiso campũ ape-
ruisti: etiam nunc miserere, et vo-
tis meis responde.

Cum in uocare.

2 Vos principes viri, qua tandem
frõte me, quẽ Deꝰ hoc honore dig-
natꝰ ẽ, studebitis cõtumelia affice-
re idq; frustra? quod eñ tẽtatis, nũ
quã succedet vobis. Ita res habet.
3 Hoc saltẽ agnoscite, quam miris
modis Deus sanctũ quendam sibi
elegerit, dñs exaudiet me, quoties o-
pem illius implorauero.
4 Date operam sedulo ne peccetis
si eñ perpẽderitis rem ipsam apud

animū vrm̄ ī lectis vrīs soli, desine
tis de me sinistre loq̃. Proculdubio.
5 Si quemadmodum externis sa-
crificijs ita īnocentia studeretis pla
care Deum; tuto illi fidere possetis.
6 Multi dicunt, vtinā aliq̃s præstet
nobis diuitias, tu vero fac luceat
nobis (qui te diuitijs præferimꝰ)
lumen vultus tui Domine, et fauor
tuus erga nos appareat.
7 Non inuideo diuitias illis, quin
potius gaudio affecisti animū meū,
q̃ illis frumentū et vinum, quēad
modū optauerant, abundanter pro
uenerit, et diuites facti sint.
8 Sine metu, fauore tuo contentus
nō minus foeliciter quam diuites il
li, et iacebo, et obdormiscam: quia
tu Dn̄e qui solus potes, singulari
quodam modo ab omni metu libe-
rum habitare facies me.

Verba me
a auribus

Psalmus Dauid. 5.

VErba mea auribus hauri
Domine, intellige cogitati-
onē animi mei,
2 Considera quam valida voce ex
animo clamem ad te, qui mihi pro-
prie

prie et rex es, et Deus, quare et ve-
nio oratum, ante omnia te.
3 Dñe mane exaudies vocẽ meam.
summo mane cõponam ad te preca-
tionẽ meam. et videbo assecutũ me
quod volebam.
4 Non enim Deus, cui placeat im-
pietas tu es, neque habitabit apud
te quisquam maliciosus.
5 Non continget maliciose stolidis
cõsistere e regione vultus tui, sed
faciem et fauorem tuum auertes ab
eis, odio persequeris sceleratos.
6 Subuertes mendaces. hominem
sanguinarium et fraudulẽtum abo
minabitur Dominus.
7 Quare ego fret⁹ multa misericor
dia tua. ingrediar domũ tuam, ora
bo conuersus ad templum sanctita-
tis tuæ, maiestatis tuæ reuerenter
rationem habens.
8 Dñe dirige me ad normã iustitiæ
tuæ, nõ habeant vnde glorientur, q
insidias parãt mihi fac plana sit an
te oculos meos via qua itur ad te,
9 In sermone hostiũ meorũ nihil
est, cui tuto fidi possit: animus illo-
rum

rum ſpurcitijs plenꝰ eſt: ſepulchro
patenti et cadauerum pædore refer
to ſimile eſt guttur illorum, per qđ
erūpit venenū, quod geſtāt in pec
tore, et palam fit ex verbis illorum
(quantūuis ad fallendū compoſita
fuerint) aliud habere illos in ore et
aliud in pectore.
10 Perde illos Deꝰ, irrita ſint cōſi
lia illorū, propter multitudinē ſce
lerū quæ deſignant ſubuerte illos:
ſiquidem te quoq; exaſperant.
11 Perde ſceleratos, vt gaudiant
quotquot ſubdiderūt ſe tibi: et per
petuo exultēt, ab oĩ, qđ lædere eos
poſſet, te defendente ſecuri, et gau
dio expleantur: quotquot amantes
ſunt auguſtiſſimi nominis tui.
12 Foelicē muneribꝰ tuis facies iuſ
tū Dñe, et veluti clypeꝰ proteges il
lū: gratioſitate et fauore tuo exor
nabis illū.

Pſalmus Dauid 6

Dñe ne ĩ furore.

DOmine ne pro ira tua, quā
aduerſū me licet merito, cō
cepiſti, caſtiga me: neq; pro
bili, quam ego moui tibi ſuppliciū
ſume de me.

Quin

2 Quin potius misereat te mei Dñe
æger enim sum: et te medico magis
opus habeo, corpus enim meũ con-
turbatum est totum.
3 Et animus meus cõturbatus est
multo magis: tu interim Dñe. quã-
do tandẽ respicies miseriam meã?
4 Redi q̃so Dñe ad solitam clemen
tiam et libera animam meam a ma
lis: et pristinæ sanitati restitue me
habita ratione, non tam peccatorũ
meorũ q̃ benignitatis tuæ ĩmẽsæ.
5 Quõ enim poterit mortuus cele-
brare memoriam nominis tui, et
qui demersi sũt ad inferos, qũo gra
tum animum pro acceptis abs te be
neficijs ostendere poterũt apud eos
qui sunt superstites?
6 Defatigatus sum fletu lamẽtabi
li, lectum meum laui singulis nocti
bus, et lachrimis meis cubile meum
humectaui.
7 Caligine obductus est pre nimio
moerore oculus meus, hæbetata est
acies eius præ metu tante (qui sub-
uertere me cupiunt) hostiũ turbe.
8 Discedite a me quotquot machi-

namini malum mihi, Domin⁹ enim
placatus est lamentabili et clamoso
fletu meo.
9 Audiuit Dominus orationē me-
am et precationē meam admisit.
10 Pudore afficiantur, et vehemen
ter conturbentur. quotquot inimico
sūt animo in me, conuertantur in fu
gam et infames fiant subito.

ipsius Dauid, quod cecinit
contra minas Chus Beni
aminitæ, 7

Dñe de-
us meus

DOmine mi deus spē meam
omnē collocaui in te, quare
serua me ab hac tanta multi
tudine persequētium me, et in ma-
nus illorum ne sinas incidere me.
2 Si enim qui dux est horum com-
prehēderit me, nō aliter dilaniabit,
q̄ leo ouiculam solet, quam nemo e
faucibus illius eripit.
3 Dñe si feci quid q̄ simile sceleri-
bus, qualia ille designat in me mul
ta, et si maliciose vel verbo, vel ope-
re egi vnquam cum illo.
4 Si conat⁹ sū perdere quēquam,
q̄ pacē & amicitiam meam ex animo
expetiuit,

expetiuit quēadmodū ego expetiui il
li⁹ hostis nunc mei quē et summis e
periculis aliquoties eripui, quis ho
mo improbissim⁹ nuuc odio capita
li sine vlla causa persequatur me.
5 Si inquam admisi illū quicq̄ ta-
le presequatur incessanter me, et cō
prehēdat, prosternat vsq₃ in terrā,
vitam adimat mihi: consilia vero
mea et de meliore rerū mearum sta
tu spes in puluere iaceant, et irritæ
fiant omnes. Ita fiat.
6 Exurge Domine iratus, cōmoue
ant te furores hostium meornm vt
exciteris, et suppetias feras mihi,
quemadmodum et policitus es,
7 Quod vbi feceris ingēs populo-
rū turba accurret, et amplectetur te
orabitq₃ vt digneris te in altissimo
regni tui solio collocare, et rex esse
illius.
8 Quam prouinciam non grauate
suscipiet Dn̄s, et iuste iudicabit po-
pulos illos, iudica et me queso secū
dū iusticiam et innocētiam meam.
9 Perdet tandem ipsa maleuolen-
tia īpios, verū tu confirmabis iustū

 qui

qui ſcrutator es cordium,et renũ de
us iuſte.
10 Defenſor meus eſt Dominus,
qui victoriam tribuit, et ſeruat eos
qui candido ſunt pectore.
11 Deus et iuſti eſt iudex,et eius q̃
ſceleribus ſuis Deũ irritat aſſidue.
12 Contra talẽ, qui reſipiſcere non
volet gladium ſuũ acuet Deus ,et
arcũ tendet, et oculis apte admoue
bit,vt non aberret a ſcopo,ſed recta
petat illum.
13 Preparata apud ſe habet tela
mortifera,parabit ea,qũo ſolẽt qui
ardentiſſime perſequunt̃ aliquẽ.
14 Sceleratus aũt ille parturiet
iniquitatem, nocere magnopere cu-
piẽs cõcipiet aĩo ſtultũ et moleſtũ la
borem,et tandẽ pariet rem nihili.
15 Effodit foueam et apertam reli
quit,ſperans vt ego incidam impru
dẽs in eam, verũ longe illi diuerſũ
eueniet, corruet enim ipſe in eam,
nunqnam extrahendus illinc.
16 Recidet ſtudiũ nocendi in caput
ipſiꝰ,et in verticẽ capitis ipſiꝰ iniu
ria,qua me afficere conatus eſt,
17 Ego

PSALMVS VIII

17 Ego vero liberatus ab insidijs
ipsius, celebrabo dñm pro iustitia,
quæ genuina est illi, et cantabo no-
men domini altissimi.

Psalmus Dauid. 8.

Dñe dñs noster.

DOmine oĩm nostrum dñe q̃
merito magnifica sparsa est
fama nominis tui per vni-
uersã terram, argumenta sunt glo-
riæ et maiestatis tue maxime, quæ
apparent in coelis.
2 Res mira præterea, quod sola in-
fantũ et lac adhuc sugentium accla-
matione pro armis vsus sis contra
hostes tuos, et oĩpotentiæ manifes-
tum ostendens argumentũ, re tam
imbecilli subuerteris inimicũ, et eũ
qui veluti vindicem se opposuerat
tibi.
3 Quoties video coelos tuos, ope-
ra digitorũ tuorũ, lunam et reli-
quas stellas, quas elegantissimo or-
dine in illis colocasti,
4 Tum sic apud me cogito Deus
bone, quid est miserabilis homun-
cio quod tu illius rationem habeas,
aut Adæ nepos, quod tu inuisere il

lū et amicitiam contrahere cum illo
digneris,
5 Fecisti illum tantum nō Deū, glo
ria et honore coronasti illum.
6 Dominū fecisti illū operū tuorū,
omnia enim subiecisti pedibus illi⁹.
7 Oues et boues vniuersos. et reli-
qua etiam iumenta, quibus pabu-
lum suppeditant campi,
8 Aues in aere volitantes, pisces q
natant in mari, et quicquid vsquā
degit in vllis aquis,
9 Domine omniū nostrū Domine
quam merito sparsa est magnifica
fama noīs tui per vniuersam terrā.

Psalmus Dauid, 9

Confitebor tibi Dn̄e

LAudabo Dn̄m toto pecto-
re meo, scribam ipse q̄ varia
admiratione digna designet
2 Gaudebo et exultabo serio, quod
propitium habeam te, psalmis cele-
brabo nomen tuum, licet omni sit
laude maius.
3 Conuersi in fugam inimici mei,
viribus destituebantur, et funditus
ipsi perierunt, opera tua.
4 Tu enim, cum ego viribus illis
impar

PSALMVS IX

impar esse͂, pro me stetisti cõtra hos
tes meos, et causæ meæ patrociniũ
suscepisti, sedisti pro tribunali. et
executus es iusticiam.
5 Increpasti gẽtes, subuertisti im
pium, memoriam nominis eorum
aboleuisti nunquam restituendam.
6 O inimice finem habẽt populati-
ones tue, neq; post hac amplius ti-
bi vnquam dabitur populandi po-
testas, ciuitatulas certe aliquot sic
subuertisti vt memoria illarũ peri-
erit cũ admiratione transeuntiũ.
7 Tu quidẽ tyrannidem ad hunc
modũ Dño ad tempꝰ cõniuẽte, ex-
ercuisti, verum ille perpetuo secu-
rus et tranquillus sedebit, et obser-
uabit omnia et iam nunc parat soli
um suũ, vt sedeat pro tribunali.
8 Vt iudicet orbẽ totũ iustissime, et
causas populorũ expendat æqͥssime
9 Quare aderit Dominus protec-
tor illi, q̃ iniuste opprimitur protec-
tor aderit opportunus, etiam in me
dijs tribulationibus.
10 Tunc spem indubitatam cõcipi
ent de te, vbi experti fuerint præ-

 sẽtiam

ſentiam nominis tui, et re ipſa diſ-
cent te nunq̃ defuiſſe illis, qui ſtu-
det placere tibi o Domine.
11 Pſalmos canite in laudem domi
ni habitatoris Sion, ſpargite ĩ vul
gus admiranda conſilia illius.
12 Qui vindicabit ſanguinẽ eorũ,
qui iniuſte oppreſſi fuerant, nunq̃
negliget dñs clamorẽ pauperũ.
13 Miſerere mei domine: aſpice af-
flictionẽ meam qua affligunt, qui
odio perſequuntur me, tu enim ille
es qui eligis et retrahis me a ianuis
et faucibus mortis,
14 Vt cõſcribam et cõmemorẽ va-
rios te laudandi modos, illis qui
verſant in portis Sion, et gaudio
afficiam eos propter ſalutẽ tam mi-
raculoſe allatam mihi per te.
15 Deciderũt gẽtes in foueam, quã
ipſe parauerãt, reti illo quo aliĩs in
ſidiabant, illaqueatꝰ eſt pes illarũ.
16 Notum eſt Dñm equitatis eſſe
ſtudioſum, et q̃ ſceleribꝰ ſuis/ illa-
queabit impius. Res proculdubio
digna quæ imo reponatur animo.
17 Abibunt impĩj ad inferos, vna
cum

cum vniuersis gentibus, quib⁹ cu-
ræ non est deus.
18 Non enim perpetuo obliuioni
dabitur pauper, patiens expectatio
afflictorum comperiet tandem non
fuisse inanis.
19 Exurge domine, ne inualescat
homuncio futilis, tractet caussa im
piarum gentium coram te.
20 Incute domine terrorē illis, et
ostende gentes illas impias sibi, vt
sentiant homines esse se miris mo-
dis miserabiles.

10

Dñe vt quid recessisti.

Vousq; dñe stabis procul
semotus a nobis, hoc maxi-
me tempore, quo periclitan-
tur tui?
2 Sũma cũ arrogantia īpius per
sequit pium, capiantur potius im-
pij sceleratis illis cōsilijs quibus ali
os subuertere student.
3 Placet enim impi⁹ ipse sibi, et fa
cit quicquid illi petulantia animi
suggesserit: nec desunt qui adulent
ob spem prædæ illi, tam manifeste
blasphemo in Dominum
4 Impi⁹ præ animi sui arrogātia

futurorum securus erit, dei vero rõ
ne semel quidẽ illi in mentẽ veniet.
5 Modis omnibus, omni tempore
nocere conabit, que interim de illo
o altissime statuis, penit⁹ ignorat,
sed veluti furibundus et cecus ad
uersarios suos vniuersos, vel solis
minis perditurum se confidit.
6 Persuasũ enim habet, duraturũ
se longissimo tẽpore, nec incommo-
di quicquam accepturum.
7 Execrabilia sunt omnia, quæ lo-
quitur, et fraudes meras habet ser-
mo illi⁹ pestilens, et iniq̃tate scatẽs
8 Sedebit in angulis villarũ iuxta
publicas vias, vnde clãcularijs er-
uptionibus irruet in insontẽ, oculis
prætereuntes pauperes obseruabit
ex latibulis suis prospiciens.
9 Insidias colocabit in locis occul
tis nõ minore crudelitate, q̃ leo in-
sidiat ouiculæ ex antro suo, insidi-
abit eĩ in hoc, vt dilaniet eũ, quo
viribus superior erit: dilaniabit au
tẽ absq; vlla cõmiseratione quicũq;
in illius rete inciderit.
01 Vbi illaqueatum vulnerauerit
piũ

piū, ſubſidet clam, ne latrociniū de
prehendatur ad hunc modū virib⁹
illius cecidit ingēs miſerorū turba
11 Perſuaſit ſibi Deum negligere
hæc, et auertere faciē ſuā ab his, nec
habiturū vnquam racionē horū,
12 Exurge Dñe Deus, leua in altū
validius percuſſurus, manum tu-
am, ne neglige pios, omni humano
auxilio deſtitutos.
13 Qua patiētia ferre potes īpiū in
te tam manifeſte blaſphemū, vt di-
cere audeat non eſſe Deū, qui cura-
turus ſit hæc?
14 Verum ille cū maximo ſuo ma-
lo fallitur, vidiſti enim que fecit oīa
maleuolentiam, et ſcelera ipſius tu
diligētiſſime obſeruaſti. oſtēſurus
et noſſe flagitia illius, et poteſtatem
habere ſumendi ſupplicium de illo,
et curā te gerere miſerorū turbæ, q̃
pupullis ſemper eſſe ſoles auxilio,
15 Cōfringe brachium, et potētiam
impij et malitioſi, inquire in impie-
tates illi⁹ quoad nulla reliqua fue-
rit impunita.
16 Domin⁹ eſt rex et ſæculi hui⁹,

et æternitatis: extirpatæ sunt gen-
tes de terra illius.
17 Desideria piorū audiuisti dn̄e,
gubernabis corda ipsorū præbebis
aures tuas precibus eorum.
18 Vt suppliciū sumas de pupillo
rum et aliorum pauperum oppres-
soribus, ne tentet amplius viribus
suis fidere miserabilis homuncio
prognatus e terra.

In dn̄o confido

Psalmus Dauid. 11

CVm in dn̄o spem meam po-
suerim, qua frōte ridere me
audebitis, dicentes: fuge de
mōte in motem, sicut soles cum tuis
et absconde vsq̄ te in antro, sicut
consueuit passer.
2 An nescitis quoties impij teten-
derint arc⁹, aptauerint sagittas su-
as ad neruū, hoc studiose agentes,
vt clam tela sua iacularent̄ in eos,
qui candido sunt pectore.
3 Ipsi quidē lædere studuerūt, ve-
rū in ipso conatu irrita facta sūt cō
silia, quæ ipsi putabant certissima,
neq̧ iustū, cuius opus stabile erit,
lædere vnquam potuerunt.

4 Domi

4 Dominus est in regia sanctitati
suæ dicata, dñs in coelo habet soliũ
suũ, vnde oculi illius contemplant
omnia, et palpebræ illi⁹ obseruant
diligentissime quæcunq; designant
posteri Adæ.
5 Dñs obseruat iustum et impiũ,
sed eum qui amans est iniquitatis,
odio persequitur ex animo,
6 In modũ pluuiæ proijciet in im
pios lapides igne et sulphure cir-
cunlitos, qui vna cum horribili tem
pestate portio quædam erunt cali-
cis et supplicij illorum
7 Quia iust⁹ est ipse dñs, non po-
test nõ esse iustitiæ amantissimus:
quare eũ qui candido est pectore,
vultu suo placidissime aspiciet.

Psalmus Dauid. 12

TE seruatore op⁹ habeo dñe,
nullus enĩ reliquus est sanc- Saluum
tus: esse desierunt inter ho- me fac.
mines, qui fidi sunt et integri,
2 Mendacia quisq; loquitur cũ so-
cio et apud amicum suũ lingua vti-
tur fraudulenta, cui duplex animus
scelerata suggeret verba.

3 Perdet Dñs vniuersa labia fran
dulẽta, et linguam quæ non loqui-
tur nisi grandia cum Dei ipsius cõ
temptu.
4 Qui dicere audẽt lingua nostra
fortiter fallemus, labia habem⁹ in
nostra potestate, q̄s noster ē Dñs?
5 Propter gemitum pauperũ, et eiu
latũ miserorum, nũc exurgam dicit
Dñs, collocabo pauperem eo loco,
vt tutus futurus sit ab illo, q̄ ledere
virulẽta sua lingua conabatur illũ
6 Verba et promissiones Domini
candidissimæ sũt, ipso argento igne
diligentissime expurgato puriores,
a quo arte, et instrumentis ad eam
rem aptis ablatum est quicquid ine
rat terræ impurioris, idque septies
repetita purgatione
7 Quare tu Dñe seruabis optima
fide ea que promisisti, et liberabis
nos, quẽadmodum pollicitus es, ab
eiusmodi hominũ gñe perpetuo,
8 Circũquaq; tũ impij obãbula-
bũt securi, cũ principatũ nacti fue-
rint, q̄ inter hõines sũt perditissimi.
Psalmus Dauid, 13,
Quousq;

PSALMVS XIII.

Vsq; quo Dñe obliuisceris.

QVousq; tandem obliuiscceris
mei perpetuo ne Domine?
quousq; auertis tanquam
iratus vultum tuum a me?
2 Quousq; vanis curis animã me
am affligã, q nihil preter moerorẽ
cõtinuũ pariũt? quousq; sines inimi
cũ meũ erigere cristas aduersũ me?
3 Habe quæso rationẽ calamitatis
mee, et exaudi me Dñe mi Deus, il-
lumina oculos meos, ne forte ob
repat somnus mortis.
4 Ne forte dicat inimic⁹ meus glo-
rians, factus sum illo superior, et
hostes mei exultent, si ego periero.
5 Ego certe in tua benignitate po-
sui omnẽ spẽ meam, quare nihil du
bito: quin futurũ sit: vt gaudeat cor
meum ob salutẽ mihi abs te allatã,
et materiam habiturus sim cantan
di laudes Dñi: vbi vltus fueris in-
iuriã, qua affecerũt me hostes mei

Psalmus Dauid, 14,

Dixit insipiens.

SVnt qui eo stoliditatis per-
uenerint, vt nullũ putẽt esse
deũ: q ĩpia persuasio hoc effe
cit, vt a nullo scelerũ genere abstine
ant

ant hoĩnes corruptissimi, quorũ stu
dia tam spurca sũt vt nauseam cui-
uis generare possint, neqꝫ sit quis-
quã inter eos, qui curet facere bene.
2 Dominus e coelo contemplatus
est posteros Adæ, vt videat nũ sit
in tanto hominum nũero cordatus
quisquã qui Deo studeat esse charus.
3 Vniuersi a Deo defecerũt, et abo
minabiles penitus facti sunt, nec est
qui faciat bene, ne vnus quidem.
4 Mirũ profecto eos quibus man-
data fuerat cura plebis, potuisse eo
amẽtiæ peruenire, vt licere credant
opprimere miseros, et deuorare po-
populum meum nõ maiore cõmise-
ratione, quã deuorari solet frustũ pa-
nis, re ipsa certe uidẽtur de Deo ni-
hil vnquã legisse et officiĩ sui parum
memores esse.
5 Quare tũ vehementissimꝰ de im-
prouiso pauor corripiet eos, cũ vi-
derint Deũ his adesse, qui iustitiæ
studiosi sunt: et execrari vos sacri
legos.
6 Qui non solũ neminem ad pieta
tem inuitatis, sed si quis forte pau-
per

per pio consilio spē suam omnē po
nat in Dño: illud veluti stultum ri-
debitis, sed finis ipse docebit, vtri sa
piant magis, vos ne an illi.
7 Vtinam prestet Dominus, vt ex
Sion prodeat salus Israeli promis
sa: cum reduxerit enim, et e captiui-
tate liberauerit populum suū, dñs
exultabit serio Jacob, et letabitur
Israel. Psalmus Dauid. 15.
DOmine quis recipiet in ta- Domine
bernaculū tuū, quis habita- quis ha-
bit tecū, veluti in monte, in bitabit.
quo sacrosancta maiestas tua pecu
liari quodam modo apparet?
2 Ambulans syncere absq; fuco, fa
ciens quod æquum est, et qui dicit
quæ dicit bona fide ex animo.
3 Nulli nocere studet lingua sua:
nec damno afficit amicū suum, nec
ignominia vicinum suum.
4 Qui ipse contēptor sui: & de seip
so nihil minus q̄ magnifice sentiēs
aliene virtutis est admirator: maxi
mi autem facit eos, qui reuerenter
colunt Dominum, firmissime sta-
tuit in amicitia semel cū aliquo ini

ta persistere, nec propositũ mutabit
5 Qui pecũia sua non exercuit vsu
ram, nec munus in perniciem inson
tis accepit, qui facit hec non peri
bit vnq̃. Psalmus Dauid. 16.
Cõser
ua me
Dñe
Curæ sim tibi omnipotens de⁹,
spes enim mea oĩs sita est in te.
2 Persuasum habes o anima mea
et dixisti ad Dñm, dñs oĩm es tu,
quare si quid in me est boni, id ti
bi vsui non erit.
3 Sed sanctis, qui degũt in terra,
et fide robustis, modis omnibus
prodesse studebo.
4 Qui multo labore et superstitio
ne victimas offerre conabuntur, il
los mihi illarum victimarum sang
uine adeo libare non iubebo, vt ne
mẽtionẽ quidem vnq̃ amplius eius
modi libaminũ fieri apud me velim
5 Dñs enim ipse portio est et velu
ti patrimonium populi, qui par
tes sequet̃ meas, et calicis mei parti
ceps fiet: quare tu Dñe tutaberis il
los, qui veluti sorte optigerũt mihi.
6 Funes ceciderunt mihi in locis
amoenissimis, quib⁹ assignata mi
hi est

hi est hæreditas tam speciosa, quã
vel optare potuissem.
7 Laudabo ergo Dominũ, qui in
omnibus a consilijs fuit mihi, quin
et noctib⁹ medijs erudiebant me re-
nes, et iminissæ mihi a Domino di-
uinæ cogitationes.
8 Opposui veluti scopum ante ocu-
los meos semper Dominum, qui
quia adest mihi ad latus dexterum
nemo perdere poterit me.
9 Ob hanc ergo causam gaudio af-
fectum est cor meum, et serio exulta-
uit, quam tanto honore dignatus
es, anima mea: corp⁹ quidem meũ
in sepulchro iacebit, sed nihil dubi-
tabo, quin excitaturus sis illud.
10 Scio enim nõ relicturũ te ani-
mam meam apud inferos, neq; per-
missurum vnq̃, vt qui tam insigni-
ter illam tuã benignitatẽ expert⁹ est
vllo modo corruptiõi fiat obnoxi⁹.
11 Sed viã poti⁹ ostendes, qua ad
vitam peruenire licebit, et ad oĩs ge-
neris gaudiorũ copiam summam
ad contemplationem videlicet vsq;
tui quæ quibuscunq; contingit.
Cũ gaudi

gaudijs explebūtur nunq̃ finiēdis.

Precatio Dauid. 17.

Exaudi dn̄e iusti tiam meā

AVdi Domine iustam preca-
tionem, accōmoda te ad audi
endū clamorem meū, aures
præbe precacioni meæ, est enim ex
animo profecta, et ab omni fuco
quam alienissima.
2 Pronūcia tu in causa mea, expen-
dant oculi tui, quæ recta sunt.
3 Pernouisti enim me, qui explora
tū habes cor meū, scrutatus es enī
illud nocte, quando maxime dediti
cogitationib⁹ esse homines solent:
examinasti et totum me, nec inuenis
ti id qđ animo cogitaui, discrepare
ab ore meo.
4 Odio eoꝝ que passim mala fiunt
ab hominib⁹, præceptionū tuaꝝ
memor operam dedi, vt essē a mori
bus sceleratoꝝ hoīm q̃ alienissim⁹.
5 Quare iuua qæso conatus meos
et firma gressus meos in vijs illis
quibus itur ad te, vt non turbentur
vestigia mea.
6 Imploraui auxilium tuū, certus
quod exauditur⁹ esses me omnipo-
tens

tens Deus, præbe ergo aurē tuam
mihi vt audias præces meas.
7 Aufer misericordias tuas o ser-
uator fideliū poti⁹ ab illis, qui sese
erigunt aduersus maiestatē tuam.
8 Me aūt custodi ea diligētia, qua
custodiri solet pupilla oculi, sub
vmbra alarū tuaꝝ absconde me.
9 Et libera me a metu impioꝝ qui
subuertere student me, et hostiū qui
supplantare conantur me.
10 Qui tam sunt pasti bene, et obe-
si, vt aruina obstructa videant ora
illorum, quare et contēptim et cum
fastu de alijs loquentur.
11 Itinera nostra iā nūc obsederūt
oculis suis studiose obseruabunt.
quo terræ loco expandere q̄ cōmo-
dissime in nostram perniciem pos-
sint retia sua.
12 Quisq; illoꝝ similis est leoni, qui
maximo studio inhiat præde, et
catulo leonis, qui insidiatur ex locis
occultis prætereunti ouiculæ.
13 Exurge Dñe anteuerte illum, et
prosterne illū, animam autē meam
libera ab impio, qui gladi⁹ est tu⁹.

14 Et a viris qui flagellum sunt
tuū Domine. a viris in ꝟ, qui spem
suam dum viuunt ponunt in diui-
tijs, quorum ventres si impleueris
delicijs et abundare feceris eos libe-
ris, quibꝰ relinquant morientes di-
uitias suas, bene secum actū puta-
bunt, æternitatis securi.
15 Ego vero iustitiæ quam diui-
tiarū studiosior, illam comitē ha-
bens, videbo placidissimū vultum
tuū, explebor gaudio cū exurrexero,
et apparueris ea mihi forma quæ
proprie tua est.

Psalmus Dauid. 18

Diligam te dn̄e.

GRatiarū actio Dauid serui
Dn̄i, qui cecinit in honorem
Domini carmē hoc, quo tem
pore liberauit eum,
2 Dn̄s a tyrannide omnium inimi
corū suorū, et a persecutione Saul
Quare dixit, merito amabo te Dn̄e
cum sis fortitudo mea.
3 Dn̄s instar rupis, et turris sem-
per fuit mihi, seruator meꝰ, dux meꝰ
et fortitudo mea, quare spem omnē
meā collocabo in eo, qui pro clypeo
fuit

fuit mihi cornu salutis et ipsissima
mei protectio semper fuit ipse.
4 Omni laude dignissimũ inuoca-
bo Dominum, et ab inimicis meis
liber ero.
5 In præsentissimis periculis mor-
tis cõstitut⁹ eram, veluti cinct⁹ vin-
culis mortiferis, torrentes enim dia-
boli terrebant me.
6 Funes infernales circũdederant
me, irretitum habuerant me retia
mortifera.
7 Quotiescunq; affligebar, inuoca-
bam Dñm, et ad Deum meum cla-
mabam, qui et audiuit e regio suo
palatio vocem meam, et clamor me-
us in conspectum illius peruenit,
imo vsq; ad aures ipsius
8 Cõmouebat: et cõtremiscebat ter-
ra, fundamenta montiũ cõcutieban-
tur quoties ipse irascebatur eis.
9 Ascendebat fum⁹ ab ira ipsi⁹: et
veluti ignis ab ore illi⁹ cũcta deuas-
tans carbones accẽdebant ab ipso.
10 Inclinauit coelos, et descendit
et caligo erat sub pedibus eius.
11 Et vehebat ipso Cherub tan-

 vola

volasset, volasset inquam pēnis ip-
so vento celerioribus,
12 Fecit tenebras latibulū suū circū
se in modū tugurij habebat obscu-
rissimas aquas et dēsissimas nubes
13 Præ fulgore quo apparet iust-
tis, densissimæ illæ nubes abeunt
ad hostes, vna cum grandine, et ve-
luti ignitis carbonib⁹ cum grandi-
ne permixtis.
14 Excitabat et tonitru in coelo do
minus, et altissimus dedit vocem
suam, grandinem videlicet ignitis
carbonibus permistam.
15 Et iaculabat sagitas suas, qui
bus dissipabat eos: fulgura immit-
tebat, quibus terrebat eos.
16 Et videbātur profundissima a-
quarū receptacula, denudabant fū-
damēta orbis experta irā tuā Dñe
et flatū venti abs te irato immissi.
17 Demittebat e summo coelo: qui
me eriperet et extraheret ex illis ma-
lorum vndis, in quibus versabar.
18 Quiq; liberaret ab inimico potē
te, et ab ijs qui odio me persēqbant
quāuis multo essēt robustiores me.
19 Calli

19 Callidis suis consilijs circũueni
te incautũ conabantur me, tẽpore af
flictionis meæ, sed Dominus tem-
pestiue adfuit mihi adiutor.
20 Et eduxit me ex angustijs in lo-
cum spaciosissimũ, quia amauit me.
21 Retribuit mihi Dñs secundũ in
tegritatẽ meam secundũ puritatem
manuũ mearum rependit mihi.
22 Quia custodiui vias Dñi. nec eo
perueni, vt impie de Domino senti-
ens deficerem a Deo meo.
23 Quæ iustissime mihi ab ipso
præscripta fuerant, versabantur as
sidue ob oculos meos, et mandata
illiꝰ nũquam repuli a me tanquam
parere nollem illis.
24 Certe simpliciter et pure versa-
bar coram illo, et solicite caui, ne im
pietate mea offenderem illum.
25 Quare et retribuit Dñs mihi
pro iustia mea, et pro puritate ma-
nuũ mearũ, quæ erat nota illi.
26 Cũ candido eũ candide geres te
et cum probo viro probissime,
27 Viro gratioso gratiosissimũ exhi
bebis te, ecõtrario vero cũ improbo

te geres, quemadmodum illius me-
retur improbitas.
28 Tu enim populum humilem sa-
lute donabis, oculos vero superbos
humiliabis.
29 Tu lucidam fecisti lucernam me
am Dñe, Deus meus illustrauit,
quæ obscurata fuerant in me
30 Quare adiuuante te rumpam
aciem quantũuis instructam, & au-
xilio Dei mei transiliam murum.
31 Ipse Deus integerrimus est in
oibus operib⁹ suis, sermo Dñi ab
omni fuco alienissim⁹, instar clypei
ipse est omnibus qui fidunt illi.
32 Quis enim De⁹ præter Dñm,
et quis fortis præter Deũ nostrũ.
33 Ipse est ille Deus, qui cinxit me
vndiq; robore, et fecit vt incontami
nata esset vita mea
34 Ipse fecit vt pedes mei nõ min⁹
essent veloces, q̃ sint ceruorũ et quo
ties op⁹ fuit, velut in editislocis, vbi
tuto mihi esse licebat, collocauit me
35 Docuit man⁹ meas arma trac-
tare sic vt frangere potuerim bra-
chijs meis arcum etiam ferreum.

PSALMVS XVIII.

36 Dediſti mihi clypeū, quo ſerua-
tus beneficio tuo ſum, dextera tua
ſtabiliuit me, et benignitas tua po-
tentem fecit me.
37 Aperuiſti mihi viam, qua tuto
gradi poſſem, quare nunquam va-
cillauerunt pedes mei.
38 Perſequar inimicos meos, do-
nec comprehendero illos, nec reuer-
tar niſi deletis illis.
39 Sic vulnerabo eos, vt ſubſiſte-
re non poſſint, corruent ſubtus pe-
des meos.
40 Tu enim vndiq; cinxiſti me ro-
bore, et gerēdis bellis idoneū feciſti
me, proſternebas eīn quotquot in-
ſurgere conabantur aduerſum me.
41 Effeciſti vt inimici verterint ter-
ga mihi, et odio habentes me ſub-
uerterim.
42 Clamabāt, nec q̄ſq̄ liberabat eos
etiā ad dn̄m ſed nō exaudiebat eos.
43 Diſpergebam eos non aliter q̄
puluerem ventus ſolet et tanq̄ lutū
platerū comminuebam eos.
44 Liberabis me a rixis & iiurĳs
populi, cõſtitues me, caput gentiū,
populus

popul⁹ quem non cognoui seruiet
mihi.
45 Solo auditu obsequẽtes fient
mihi, desertores vero mẽtient mihi
46 Desertores sẽper in metu erũt,
et abdent sese in latibulis suis.
47 Viuit Dominus, et omni est
laude maior, qui semper instar ru-
pis fuit mihi et exaltabitur Deus
author salutis meæ.
48 Ipse est Deus, qui potestatem
tribuit mihi vlciscẽdi me, et solis
verbis subiecit populos mihi.
49 Ipse est qui liberat me ab ini-
micis meis, et tu Domine superiorẽ
me facies omnibus qui insurgũt ad
uersum me, et contra virũ iniquum
tutaberis me.
50 Quare gratias agam tibi pro
gentibus quas subiecisti mihi Do-
mine, et nomen tuum cantabo.
51 Qui auges in immensum saluti-
fera dona regi tuo, et benignitatem
tuam ostendes Christo tuo Dauid
et semini eius perpetuo.

Psalmus Dauid. 19.

PSALMVS XIX.

Ipsi coeli cõmemorant glori- Coeli e-
am Dei, et q̃ potẽte vsus sit narrant.
manu in condẽdis operibꝰ su
is palam facit tam vastꝰ coelorum
ambitus.
2 Dies vnus indicat subsecuturũ
alterũ et nox vna docebit nos cog-
noscere aliam: perpetua enim vicis
situdine mutuo succedunt.
3 Nullũ est idioma, nec vlli sermo-
nes quibꝰ audita non sit vox illorũ,
nullꝰ est enim vsquam populꝰ tam
Barbarus, ad quem horũ notitia
non peruenerit.
4 Vniuersam terram peruagata
est doctrina eorũ, et vsque ad extre
mos orbis fines peruenerũt predica
tiones illorũ, ipsi Soli aptauit Do-
minus habitaculum in eis, et impe
rium dedit in eos.
5 Estq; persimilis sol ipse sponso,
qui exurgẽs egreditur de thalamo
suo gestiẽs tanquam vir strenuus
ab soluere cursum suum.
6 Ab altero coelorum extremo cur-
sum instituet, et longo tractu ad al-
terum vsq; extremũ perueniet, nec
quisq̃

quiſqam expers erit caloris eius.
7 Lex domini pura auocat a malo
pactum Domini fidele ſapientem fa
cit eum, quæ fuerat imperitꝰ antea.
8 Mandata Domini æqua exhila-
rant animum, præceptum Domini
purum illuminat oculos.
9 Reuerentia quæ debetur Dn̄o
quia munda eſt, perpetuo durabit,
iudicia Dn̄i ipſa ſunt veritas, et mo
dis omnibus æquiſſima,
10 Amabilia ſūt ipſa magis quā
aurū etiam ſi puriſſimū ſit, et pluri
mum et ſuauiora ſunt melle et fauo
mellis dulciſſimo.
11 Certe ſeruꝰ tuus docet per ea, et
quicunqꝫ ſecūdū illam vixerit, mer-
cedem aſſequetur magnificam.
12 Que errore cōmitrimꝰ tam ſunt
multa, vt ne deprehendere quidem
quiſquam poſſit omnia, quare ab
eiuſmodi, quæ latenter irrepunt,
munda quæſo me.
13 Precipue autē a ſuperbia et fa-
ſtu auoca me, ne dominentur in me,
quod ſi feceris, mundus ero, et a ſce-
lere alienus.

14 Sint

14 Sint quæſo grata tibi verba
hæc oris mei, et grat⁹ ſit animi mei
affectus in te Dñe, qui Deus es me
us et redemptor meus

Pſalmus Dauid 20

Exaudiet te Dñs tempore tri-
bulationis, ſuppetias feret ti
bi maieſtas Dei Jacob.

Exaudiat te Dñs

2 Jmmittet robur tibi et loco ſanc-
to et ex Sion ſtabiliet te
3 In memoria habebit quecunqꝫ
obtuliſti vnq̃ illi, ſacrificia, et obla
tiões tuas qualeſcũqꝫ pro pinguiſſi-
mis habebit Proculdubio.
4 Dabit tibi quicquid deſidera-
bit cor tuũ: oĩa cõſilia tua cõplebit
5 Exultabimus ob ſalutẽ quam at
tuliſti nobis, certe oĩpotentia Dei
noſtri magni erimus, dabit Dñs
tibi quicunqꝫ colueris illum q̃tum
deſiderare poteris ab eo.
6 Nũc experientia didici, quod ſer
uauerit Dominus Chriſtum ſuum
quodqꝫ exaudierit illũ e coelo, quod
ſanctiſſima maieſtas illius in habi-
tat, et ſalutiferis omnipotẽtiæ ſuæ
viribus ſuccurrerit illi.

7 Quid

7 Quidã se multitudine curruũ su
peraturos sperant, aliĳ multitudine
equorum, nos vero freti auxilio dei
nostri, magna designabimus, et me
morabilia.
8 Illi viribus destituti sunt, et cor
ruerunt, nos vero perstitimus, et
confortati sumus.
9 Dominus seruabit ipsum regẽ:
et nos quoq; exaudiet quotiescunq;
ĩplorauerimus auxilium illius.

Psalmus Dauid. 21.

Dñe in virtute tua le.

DOmine propter robur ĩmis
sum gaudet rex: et quia tu
author illi victoriæ fuisti,
exultat serio.
2 Effecisti illũ voti compotem: et
quicquid te rogauit, non illi negasti
Ita res habet.
3 Vltro anteuertisti illũ munerib⁹
optimis: imposuisti capiti illius co
ronam ex auro purissimo.
4 Vitam petiĳt abs te, quam et de
disti illi, nullo vnquam tempore fini
endam.
5 Summũ beneficio tuo assecutus
est bonum: gloria et honore cumu

latis

latissimum reddidisti eum.
6 Efficies ne munificenciæ tuæ ex-
pers fiat vnq̄, gaudio explebis eū
vbi gratiosissimo vultu tuo exhila-
raueris eum.
7 Ipse enim rex omnem spem suā
collocat in te, quare benignitas tua,
o altissime, nunquam interire sinet
illum.
8 Assequetur manus tua, o rex, vni-
uersos inimicos tuos, et dextera tua
assequet̄ eos, qui odio persequūt̄ te.
9 Aestuare facies eos tanquam fur-
nū incensū, quo tēpore iratū te illis
ostendes Domine, ira tua dissipa-
bis eos, et vorabit eos ignis.
10 Fructum omnē eorū sic e terra
euelles, vt nihil remaneat seminis
eorum inter homines.
11 Conati sunt enim crimen tibi im-
pingere, idq̧ magno studio, sed per-
ficere non potuerunt.
12 Quare sepones eos ab aliis, et
facies eorum tanquam scopū sagit-
tis tuis assidue petes,
13 Ostende Dñe. quant⁹ sis, et viri-
bus quantum valeas, vt occasionē

Deus deus meus respice in me.

habeam⁹ cantandi, et Psalmis cele
brandi omnipotentiam tuam.

Psalmus Dauid 22

DEus meus Deus meus, cur
deseruisti me? Videor non
ĩpetratur⁹, quãuis id mag-
nis agam clamoribus, liberationẽ.
2 Mi Deus clamabo per diem, sed
non respondebis, et per noctẽ, absq;
vlla intermissione.
3 Interim tu o sanctissime, veluti
securus horum quæ patior, deside-
re videris, qui succurristi toties, et
materia fuisti carminũ ipsi Israeli,
quibus gratias tibi pro beneficijs
agebant.
4 Spem suam in te ponere sole-
bant patres nostri, et quoties id faci
ebant, tu liberabas eos.
5 Quoties ad te clamauerunt libe-
rati sunt, quoties sese tibi credide-
runt, pudore non sunt suffusi.
6 Ego vero vermis esse videor ma
gis quam vir, sterquilinium Adæ.
et infimæ plæbis fex.
7 Quotquot videbant me sub-
sannabant me, conuitiabantur, et
moto

PSALMVS XXII.

moto capite irridentes inſultabant
mihi.
8 Gloriari ſolet hic, inquientes, cha-
rum ſe eſſe Dño, liberet ergo nunc eũ
ſi tantopere amat eum.
9 Te procurante prodij ex vtero, et
bene ſperare iuſſiſti me, quum ad-
huc ſugerem vbera matris meæ.
10 Opera tua eiectus ſum e vulua
et curæ tuæ relictus, quum eſſem ad-
huc in vtero matris meæ Deus
eras mihi tu.
11 Ne procul igitur abſceſſeris a
me, quia periculum preſentiſſimum
eſt, nec quemquam video qui au-
xilio futurus ſit.
12 Cinxeruut me tauri multi, for-
tes et velut ſaginati in paſcuis Ba-
ſan circundederunt me.
13 Aperuerunt aduerſum me os ſu-
um, non aliter quam leo inhians
prædæ et præ fame rugiens.
14 Tanquam aqua fluidus fac-
tus ſum, et ſoluta ſunt omnia mem-
bra mea, cor meũ veluti cæra difflux-
it intra præcordia mea,
15 Exaruit tanquã teſta omne ro-

Dij bur

bur meũ, et lingua mea agglutina-
ta est palato meo: et tandem in pul
uere, quemadmodum mortui solent
sepelies me.
16 Circumdederunt nanq; me ca-
nes, conspirauerunt aduersum me
pessimi quiq;, foderunt manus me
as et pedes meos.
17 Tractatus sum ab eis tam inhu
maniter, vt numerare potuerim fa-
cile omnia ossa mea: ipsi adhuc post
omnem cruciatũ torue aspiciebant
et contemplabantur me.
18 Partiebantur vestes meas, et de
tunica mea sortiebantur.
19 Quare tu quæso Domine, ne
longe abscesseris hinc: quin potius
(quũ sis fortitudo mea) ferre mihi
suppetias festina.
20 Eripe a gladio animam meam
et a violentia canis vnicam meam
omni humano auxillio destitutam.
21 Salua me ab ore leonis: et e cor
nibus vnicornium eripe me,
22 Commemorabo maiestatem no
minis tui fratrib9 meis, in frequen-
tissima populi turba laudes tuas
predicabo

23 Quotquot eſtis cultores Dñi,
laudate eū: vniuerſi poſteri Jacob
magnificate eū, et reuerēter colite il
lū omnes poſteri Iſraelis.
24 Quia non deſpexit, neqꝫ vilipen-
dit ob miſeri am pauperē, neqꝫ auer
tit cōtēptim faciē ſuam ab eo: quin
potius quū pauper clamaret ad illū
diligenter auſcultauit.
25 Te laudabo carminibus meis
publice in frequentia populi, et quæ
voui perſoluam vidētibus illis qui
reuerentur te.
26 Comedent pauperes et ſatura-
buntur, laudabunt Dñm quicunqꝫ
ſtudēt placere illi, viuēt corda veſ-
tra quotquot eſtis tales perpetuo.
27 Cōſyderabunt hec et cōuertētur
ad Dñm cūcti fines terræ, et ſuppli-
ces fient tibi Domine vniuerſæ na-
tiones gentium.
28 Dñi enim eſt poteſtas regia, et
imperiū habet etiam in gentes.
29 Comederūt et quū guſtaſſēt ſpi
ritalia Domini dona, ſupplices fac-
ti ſunt potētiſſimi quiqꝫ eorum qui
terram inhabitant, et in veneratio-

nē illi⁹ genua flectēt, etiam mortui
oēs in terra sepulti, q̄a ꝓpriam vitā
nō est dedignat⁹ īpendere pro illis
30 Posteri nostri colēt eū, scriben-
tur hec de Domino, vt posteri intel-
ligant, Vt et illi veniant, et annūciēt
populo qui ab ipsis nascetur, quod
hec fecerit tam stupenda Domin⁹.

Dñs re-
git me et
nihil.

Psalmus Dauid. 23.

DOminus pascet me, quare
nullius egere potero.
2 In pascuis amoenissimis
recubare faciet me, et iuxta aquas le
niter fluentes enutriet me.
3 Animum reddet mihi, exercebit
nanq; me in vijs iustitiæ, quoni-
am ita placitum est illi.
4 Etiam si eundum mihi sit per
vallem tam opacam, vt vmbra illi-
us vndiq; mortem minitetur, nihil
metuam: siquidē tu ades mihi: vir-
ga enim tua et pedum pastorale tu
um a metu liberabunt me.
5 Instrues in cōspectu meo men-
sam e regione persecutorꝫ meorꝫ. vt
videant et doleant, vnxisti vnguēto
caput meum, et poculum meū ad sū
mum

mum vsq; impleuisti.

6 Certo certi⁹ benignitas tua, ꝛ misericordia comitabūt me per oēm vitā meā: quare tandē inhabitabo domū Dñi diebus nunq̄ finiendis.

Psalmus Dauid. 24

Dñi est terra, et plenitu

A Dño est terra, et illa rerum oīm copia qua terra plena est, orbis inquam terrarum ab eo est, et quicquid vsquam hominum orbem inhabitat

2 Ipse em̄ supra maria firmissime stabilitam extare fecit eam, ꝛ fluminib⁹ elegantissime distinxit eam.

3 Quis ascendet in montē Domini et cui permanere continget in loco illo, quem tam augustum inhabitat sanctitas illius?

4 Qui puris est manib⁹, ꝛ candido pectore, qui non iurauit sine causa per animā meam, inquit Dñs, neq; fallere quēquam periurio tentauit

5 Qui accipiet benedictionē ab ipso Domino: et iustitiam a Deo authore salutis ipsius

6 Hoc est genus illud hoīm, qui quærunt illum, et participes fieri

cupiunt boni tibi a Deo promissi.
o Jacob. Ita res habet.
7 Leuate vos porte capita vestra,
et tollamini ianue que ab eterno fu
istis clausæ: ingressurus est enim per
vos inclitus ille rex.
8 Quisnam est rex ille inclitus Do
minus fortis et potens. Dominus
valens in prælio.
9 Auferte vos portæ vectes ves-
tros, vt pateant ianuæ ab æterno
clausæ: ingressurus est enim per
vos rex ille inclitus.
10 Quis hic est inclytus ille rex? Do-
minus imperator coelestiũ exercitu-
um, ille hic rex est summa maiestate
conspicuus. Ita res habet.

Ad te dñe leuaui animam meam.

Dauid, 25.

AD te Domine animam meã
erigam.
2 Mi Deus totũ me tibi con
credidi, quare nũq̃ pudefiam spe
mea frustrat⁹, nec causam exultan-
di habebunt hostes mei, tanquam
victus fuerim ab eis.
3 Quotquot enim expectant auxiliũ
abs te, nõ destiuent expectatiõe sua
frustra

frustrabuntur aũt spe sua scelerati,
qui sine causa persequuntur me.
4 Vias quibus itur ad te fac nos-
cam et semitas tuas doce me
5 Guberna me bona fide, qua fa-
cere soles omnia, et doce me: tu es
enim ille Deꝰ, qui salutis author es-
se soles mihi, quare nihil desperans
multo tempore expectaui, vt et nunc
mihi succurras tu
6 Reuoca in memoriam Dñe cle-
mentiam et benignitatẽ tuam, qui-
bus seculis superioribus tam libe-
raliter vsus es erga tuos
7 Peccatorũ quæ designaui adoles
cens, et delictorũ que subsecuta sũt
ne memor esse velis, sed pro tua cle-
mentia tracta me tu, qui natura be-
nignus es Domine
8 Benignus et integer est Dominꝰ
quare non dedignabit docere vel
ipsos peccatores, quo pacto viuere
illos hic oporteat
9 Docebit optima ratione, quo pac
to viuere modestos velit, et docebit
quæ per illos fieri cupiat.
10 Quæcũqꝫ facit Dominus, mise
D v ricor

ricordiæ et fidei esse plenissima con-
stat ijs, qui recipiunt pactum et ad-
monitiones illius.
11 Propter temetipsũ Dñe remitte
precor iniq̃tatẽ meã quãuis plurimã
12 Quam est foelix ille vir qui re-
uerẽt Dñm, docebit quo pacto illũ
viuere oporteat, vt charus fiat Deo
13 Anima illi⁹ foelicissime in bonis
versabitur, & semẽ illius veluti here-
ditario iure possidebit terram.
14 Secretorũ suorũ participes fa-
ciet Dñs eos, qui reuerenter colunt
illum, et iuxta pactum quod inijt cũ
eis, diligenter ipse docebit eos.
15 Oculi mei assidue obseruãt Deũ
vt ipse liberet a laqueis et pericu-
lis, in quibus versor, pedes meos.
16 Respice clementer me, et miseri-
cors sis erga me: quia ab omnibus
desertus et pauper sum ego.
17 Afflictiões cordis mei late spar-
serunt sese, ex angustijs quibus vn-
diq; coarctor, educ quæso me.
18 Considera paupertatẽ et afflic-
tionem meam, vt auferas a me vni-
uersa peccata mea.

PSALMVS XXVI

19 Considera hostes meos q̃ sint
multi, & qui capitali odio perse-
quantur me.
20 Custos sis animæ meæ, et libe-
ra me ne pudefiam ego, qui spem
meam omnem colocaui in te
21 Innocẽtiæ et æquitatis studia
seruent me: solicite enim expecto ad
uentum tuum,
22 Libera De⁹ Israelem ex oĩbus
afflictionib⁹ suis. David 26.
IVdex esto Dñe in causa mea, Iudica
ut palã fiat q̃ simpliciter fece- me dñe
rim quæ feci, quãq; hoc vere credi- quoniã
derim, te nũq̃ permissurũ vt caderẽ
2 Scrutare omnia mea Dñe, et ex-
perire qui sim, igne explora renes
meos, et ipsum cor meum.
3 Inuenies memorẽ me beneficio͡r
tuorũ fuisse sẽper: exercui enim me
diligẽter in fide quam cõcepi de te.
4 Non habui familiaritatẽ cũ ho-
minibus vanis: neq; enim subdolis
consuetudinem habebo.
5 Odio habui cõuenticula prauo-
rũ, et impios qui nulla certa lege vi-
uunt, auersatus sum semper.
6 Lauda-

6 Lauabo donec puræ fiant ma-
nus meæ: et sic tandē amplectar al-
tare tuum Domine
7 Clara voce tibi oĩa mea accepta
referā: et cōmemorabo quā multis
modis miraculose adfueris mihi.
8 Dñe optaui vehementer, vt mihi
cōtingat habitare in domo tua, et in
loco quē tua maiestas peculiariter
inhabitat.
9 Quare non perdes cum peccatori
bus animam meam, nec cum viris
sanguinariis vitam meam
10 Quorꝫ opera sūt studio scelerata
quorꝫ ꝛ dextera plena est muneribꝰ
11 Interim ego in simplicitate mea
sicut huc vsqꝫ, persistam: tu libera
me a malo, et clementer tracta me.
12 Pes meꝰ non aberrauit a recto,
quare palam in frequentia populi
laudes Domini prædicabo

David 27

Dñs illu-
minatio
mea.

DOminus lux mea, et salus
mea, a quo mihi timebo Do
minus est robur vitæ meæ,
a quo metuam?
2 Quū educerent copias suas ad-
uersū

PSALMVS XXVII

uersū me homines scelerati, vt fun-
ditus perderent me inimici mei ca-
pitales, in ipso conatu inferiores fac
ti, corruerunt
3 Si instruatur aduersus vnū me
iustus exercitus, nihil metuet anim⁹
meus: et si cōmittatur mecū præ-
lium, in ipsa pugna firmissime cre-
dam auxilio futurum te mihi
4 Vnū quiddam oraui Dn̄m, qđ
et pergam indesinēter petere, liberā
in domo dn̄i ab omni solicitudine
vitam, vt coram videre possim quā
tum sit amoenitatis apud Dn̄m: et
scrutari quam sint in regia illius
varia, et admiratione dignissima.
5 Absconderet enī tum me in taber
naculo suo, nec sineret vnq̄ sentire
me incōmodi quicq̄: occultaret me
in penetralibus domus suæ, et ve-
luti super petram hostib⁹ meis in-
accessam, collocaret me.
6 Sed et nunc scio superaturum
me eius beneficio inimicos meos v-
niuersos, quamuis vndiq̄ oppug-
ner ab illis: quare et immolabo in
tabernaculo illius hostias, in signū
ingētis

ingentis lætitiæ cantabo, et conscri
bam Psalmos in laudem Domini.
7 Audi Domine vocẽ meam quũ
clamauero, et misericorditer tracta
me, et responde votis meis.
8 Hortatꝰ ex animo sum (expertus
benignitatẽ tuam) alios, vt studeãt
comparare fauorẽ tuũ sibi, ego certe
(faciant quod volẽt illi) vt placido
sis erga me vultu tuo Domine, se-
dulo conabor.
9 Tu vero noli abscondere a me
vultum tuum, neq; auerseris tan-
quam iratꝰ seruũ tuũ, qui toties au-
xilio fuisti mihi, ne neglige nũc me,
neq; desere Deus author salutis
meæ.
10 Quũ pater meus, et mater mea
reliquissent me mihi, adiunxit me
sibi Dominus et curam suscepit
mei.
11 Ostende mihi Dñe viam qua
itur ad te, et porrecta manu (quem
admodum paruulo mater solet)
duc me per semitam rectam, ne hos-
tes

tes mei viam intercipiant mihi.
12 Ne permittas me premi tyran-
nide hostium meorum, quorũ ope-
ra factum est vt insurrexerint ad-
uersum me testes iniqui, et is qui
falso scelus commentus est, quod
impingat mihi.
13 Eo res perducta fuit, vt nisi fir-
missime credidissem: et veluti per-
suasum habuissem, visurum ali-
quando me insignem Domini be-
nignitatem in terra qua viuunt, qui
nunq̃ sunt morituri: tunc animum
despondissem
14 Quare patienter expecta, quis-
quis sapis, auxilium Domini, sis
animo infracto, nec dubita quin
ipse confortaturus sit cor tuum:
et quicquid acciderit tibi feras pa
tienter, et totus pendeas a Do-
mino.

Ad te dñe clamabo.

David. 28

TVum Dñe auxilium implo-
rabo, qui instar rupis hosti
bus meis inaccessæ olim esse
soles

soles mihi, ne obsurdescas quæso
ad preces meas: ne si forte nō respō-
deris votis meis, ego fiam similis
ĳs, qui pergunt ad sepulchra
2 Audi vocē precationis meæ: cla
mabo enī ad te, et sustollam in altū
man⁹ meas versus coelū, in quo ve
luti in tēplo sanctissimo maiestas
tua peculiari quodā modo habitat
3 Ne me vnū e numero ipiorꝫ et fla
gitiosorū fieri sinas, qui ṽbis apud
socios amicitiam simulant, et vene-
nū pestilens in pectore gestant.
4 Retribue illis secundū illorū de-
merita, et secūdū malitiam scelera-
tarū cogitationū, quibus alios sup
plantare studēt: secundū opus ma
nuū illorū redde illis, persolue illis
quod suis sceleribus merentur.
5 Et quia nō conabūtur cognosce-
re Dominū per ea quæ facta sunt
ab illo, nec per mirabile hoc creatio
nis opus, in quo tam manifeste re-
lucet omnipotentia manus illius, ip
se destruet funditus eos a nullo vn-
quam restituendos
6 Dignus es qui perpetuo laudeꝛ
a me

a me Dominus: audiuit enim vo-
cem precationum mearum.
7 Dominus fortitudo est mea, et
protectio mea, cor meũ per omnia
credidit illi: quare et fortis factus
sum, et præ gaudio subsiliijt cor meũ
et carnibus meis testabor quantũ
acceperim beneficij ab illo.
8 Dominus vires subpeditat suis,
et præcipua pars victoriarũ Christi
sui ipse semper fuit.
9 Tutare Domine populum tuũ,
et auge donis tuis, quos veluti hæ-
reditario iure bonorum tuorũ par-
ticipes esse voluisti: pasce eos, et eri
ge eos assidue magis ac magis in
perpetuũ. Psalmus David. 29. Afferte
TRibuite Dño robustissimi dño filij
quiq; tribuite inquam Dño Dei.
gloriam et omnipotentiam.
2 Tribuite Dño, et fatemini esse
augustissimũ nomẽ illi⁹, supplices
efficiamini Dño, quẽadmodũ mere
tur sacrosancta maiestas illius.
3 Vox Dñi cõmouet aquas, Deus
qui dignissim⁹ est omni gloria, to-
nitru excitat, Dñs potestatẽ habet
effun-

effundēdi in terrā aquas plurimas
4 Vox Dñi est potētissima: vox do
mini est magnificentissima.
5 Vox Dñi confringit cedros: con-
fringit Dñs cedros Libani.
6 Et subsilire faciet instar vituli
Libanum, et ipsum montē Sirion
nō aliter q̄ pulli solent vnicornium
7 Vox Domini secat flāmas ignis
8 Vox Dñi contremiscere facit deser
tum, cōtremiscere facit Domin⁹ de
sertum Cades.
9 Vox Dñi parere faciet præ metu
ceruas, cōspicua reddet quæ latent
in densis et vastis syluis: interim
in tēplo illi⁹ vnaquæq; res pro mo
dulo suo agnoscit maiestatē illius.
10 Dñs tēpore diluuij regnū obti-
nuit, et manebit rex perpetuo.
11 Dñs vires dabit populo suo, dñs
beabit populū suū pace perpetua.

Psalmus cantatus ob dedicatio
nem domus Dñi, cuius author
fuit ipse Dauid. 30.

Exaltabo te Dñe

LAudibus efferam te Dñe,
quod seruaueris me, nec an
sam præbueris hostib⁹ meis
insul-

insultandi cum gaudio mihi.
2 Domine mi Deus imploraui au-
xilium tuũ, et sanasti me.
3 Dñe saluam esse voluisti animã-
meam ab inferis, seruasti me ne fie-
rem vnus e numero eorũ, qui praecipi
tes eũt in puteum.
4 Cantate Dñm, quotquot experti
estis benignitatẽ illius, celebrate me-
moriã sacrosanctae maiestatis illius
5 Momentanea est enim ira illius,
amor vero quo prosequit suos per
oẽm durat vitam: si forte sub ves-
perã accidat flebile quicq̃, illud in
ipsa aurora cõmutabit in gaudiũ.
6 Ego dicebam nimiũ fidens prae
sentibus, quũ essem in ipso flore meo,
foelicitas haec durabit, nec quicq̃ ex
periar vnq̃ mali.
7 Tu profecto Dñe muniuisti id
quod praecipuũ est in me, et veluti
mons munitiõe firmissima: sed cas-
tigaturus stultitiam meam auertisti
paulisper faciem tuam a me, et tur-
bata sunt omnia consilia mea.
8 Quare iterũ clamabo ad te Dñe
et incessanter Dominũ orabo

9 Quæ quæſo vtilitas eſſet me
ſanguine fuſo pergere ad interitũ?
celebrare ne poterit te puluis, aut
predicare cõſtantiam et ſtabilitatẽ
tuam in promiſſis?
10 Audi Dñe, et miſereat te quæſo
mei Domine ſis auxilio mihi.
11 Conuertiſti iterum ſubito luctũ
meum in exultationẽ, rupiſti ſaccũ
quo indutus fueram, et perfudiſti
me gaudio omni ex parte.
12 Quare cantabit te ĩceſſantẽ ania
mea: que dec⁹ ẽ et pars optima mei,
Dñe mi De⁹ toto tẽpore vitæ meæ
acceptam tibi referã ſalutẽ meam.

In te dñe ſperaui.

Pſalmus Dauid 31.

DOmine in te ſperaui, fac q̃ſo
ne vnquã pudefiam ſpe mea
fruſtratus, ſed tua iuſtitia
ſerua me.
2 Præbe mihi aurẽ, cito libera me:
ſis mihi pro rupe inacceſſa hoſtib⁹
meis, et arce munita turribus mul-
tis vt ſerues me
3 Quia pro petra et pro turri tu
mihi eſſe ſoles: propter nomẽ tuum
tua ſponte deduces me, quocunq;

cundũ

cundũ fuerit mihi, et enutries me.
4 Explicabis me a laqueo quem
absconderunt vt capiant me: nihil
enim possem ego sine te.
5 Curæ tuæ commẽdabo spiritum
meũ sæpe liberasti me: et liberabis
Dñe in promissis cõstãtissime verax
6 Odio habui eos qui amplectunt
vana, quæ illis vsui futura nõ sunt
ego certe spem omnem posui in te,
7 Lætabor et exultabo expertꝰ mi-
sericordiam tuam: vidisti enim af-
flictionẽ meam, et agnouisti in me-
diis persecutionibꝰ animam meam
8 Nec permisisti me premi tyranni-
de hostis mei: quin potius firmasti
in loco spacioso gressus meos
9 Misereat te mei Dñe quoniam
imminet periculum mihi: corrosus
est præ moerore oculus meus, ani-
ma mea et venter meus.
10 Cõsũpta eñ est moesticia bona
pars vitæ meæ, et anni mei cũ ge-
mitu: destituit me ꝓpter iniquitatem
virtꝰ mea, et ossa mea cõtabuerunt.
11 Metu hostiũ meorũ (qui nume-
ro sũt plurimi) factũ est vt tanq̃ pro

broſũ exhorruerint me proxime vi-
cini mihi, et terrori fuerim illis, cum
quibus quondam mihi fuit arctiſſi
ma familiaritas: quotquot vide-
bant me, foras fugerunt relicto me
ſolo.
12 Obliuioni datus fui nõ aliter q̃
mortu⁹ aliquis, qui nõ ſperat vnq̃
priſtinæ vitæ reſtituend⁹, et tanq̃
vaſculũ nulli amplius vſui aptum.
13 Audiui enim obloquia multoꝝ,
et minas eorum qui erant circum
me: conſpirabant enim vnanimiter
aduerſum me, et vitam adimere mi
hi conſtituebant.
14 Ego interim te Domine cõfiſus
in ea perſtiti ſententia, vt quicquid
accideret mihi, non dubitarem quin
Deus adeſſes mihi tu
15 In poteſtate tua ſunt tempora
mea, libera me a tyrannide inimico-
rũ meorũ, et eorũ qui perſequũt me
16 Hilarem exhibe vultum tuum
ſeruo tuo, ſaluũ me fac pro genuina
miſericordia tua.
17 Dñe nõ vertatur mihi pudori,
q̃ implorauerim auxiliũ tuũ: pude

fiant

fiant impĳ, et taceant ſepulti apud
inferos.
18 Muta fiant labia quæ aſſueve-
runt mendacĳs, quæ contemptim
loquuntur de iuſto, et cum faſtu
19 Quã ſũt copioſæ diuitiæ tuæ,
quas repoſuiſti in vſus eorũ qui co
lũt te, deſignaſti plurima in gratiã
ſperantiũ in te, palam in cõſpectu et
cũ admiratiõe poſterorũ Adæ.
20 Abſcondes eos ⁊ collocabis eos
e regione faciei tuæ, que impĳs ab-
ſcondita eſt, vt tuti ſint a minis
quantumuis potentis: abdes eos in
habitaculo tuo, vt liberi ſint a ling
uarum virulentia.
21 Maior oĩ laude Dñs, qui miro
quodam modo oſtendit miſericor-
diam ſuam mihi, et tanq̃ in muni-
tiſſima fuiſſẽ ciuitate, tutat⁹ eſt me.
22 Ego quidem olim in anxietate
ſumma conſtitutus, abiectũ me eſſe
putabam abs te: verum tu etiam
tum diligentiſſime auſcultabas quo
tieſcũq̃ clamabam, et omnes preca-
ones meas audiebas.
23 Amate Dñm, quotquot benig-

 nitatem

nitatem illiꝰ experti estis: candidos
custodit Dñs, et reddet pro fastu co
piose q̃d meretur, homini fastuoso,
24 Animo forti estote, nec dubitate
quin Dñs ipse robur additurus sit
animis vestris, quotquot patienter
expectatis aduentum illius.

Psalmus Dauid 32.

Beati quorũ remissæ.

FOelix cui condonatũ est de-
lictũ: et cuius coopertum est
peccatum.
2 Foelix ille homo, cui Dñs nõ im-
putabit peccatum. nec fraus in ani-
mo illius inuenta est,
3 Quandiu tacui cõterebant vires
meæ: præ erũpente eiulatu assidue.
4 Quia per diẽ et noctẽ ingrauesce
bat manꝰ tua cõtra me, sic mutatus
sum: vt ex succulento factus sim ari
dior q̃ sunt aristæ in media messe,

Ita res habet.

5 Quare aliud inij consiliũ, et sta-
tui pctm̃ meum non amplius cæla
re, sed aperire tibi iniquitatẽ, quam
admiseram: quod q̃ primũ fecissem
abstulisti cõtinuo iniquitatẽ peccati
mei. Ita factum est profecto.

6 Quare exẽplo meo precib⁹ aget a-
pud te ꝗſquis benignitatẽ tuã exper-
tus eſt, vt temp⁹ remiſſionis inue-
niat: quod ſi contigerit illi, nullæ
quantũuis multæ fiant maloꝝ inũ-
datiões, ad illũ poterũt pertingere.
7 Tu prouidẽtia tua occulta, a ma-
lo proteges me, et gaudijs, quibus
gaudere ſolent e manib⁹ hoſtium
elapſi, afficies me. Certo certius
8 Prudentem, inquit Dñs, faciam
te, et docebo quo pacto viuere opor-
teat te, et ſtudioſiſſime obſeruabo
te oculo proprio.
9 Tantum ne ſimiles efficiamini
equo vel mulo, qui non ſolũ nihil
intelligit beneficioꝝ in ſe collatorũ:
ſed capiſtro vel freno os eius con-
ſtringere oportet, ne appropinquet
et mordeat vos.
10 Mala plurima manẽt impium:
eũ autẽ qui ſpẽ ſuam ponit in Dño,
illum ipſe benignitate ſua cumula-
tiſſimum reddet.
11 Lætamini q̃ propitiũ habeatis Do-
minum, et ſerio exultate iuſti, ædite
ſigna lætitiæ quotquot animo can

Ex didi

didi eſtis. Pſalmus Dauid, 33.

Exultate iuſti in Domino.

CVm exultatiōe laudate iuſti
Dñm: æquiſſimū eſt enim et
decentiſſimū, vt a candidis
laudetur Dominus.
2 Laudate Dñm cithara, nablo et
decachordo laudes illius decantate
3 Canite in honorē illius carmē nō
vulgare, ſed nouum: operam date
vt q̄ optime cantetis, et cum animi
alacritate.
4 Aequa enim ſunt quæ loquitur
et mandat Dominus: et quicquid
facit, optima illud fide facit.
5 Amans eſt iuſtitiæ et æquitatis
benignitatis Dñi nihil expers eſt eo-
rum, quæ ſunt in vniuerſa terra.
6 Verbo Dñi coeli facti ſunt, et ſpū
oris eius vniuerſus ornatus illorum
7 Colligit veluti in cumulū aquas
maris, ⁊ concludit certo loco ſer-
uandas abyſſos, non aliter q̄ the-
ſauri ſolent.
8 Solicite colāt Dñm quotquot in
terra degūt, ⁊ offēdere illū metuant
quotquot ſūt habitatores orbis.
9 Ipſe enim quicquid fieri vnq̄
voluit

voluit, id factū est: et quicquid vnq̃
iussit existere, id extitit continuo.
10 Dñs turbauit cōsilia gentiū, ir-
rita fecit machinamenta populorū.
11 Cōsiliū vero Domini perpetuo
inuariatū manebit quæ ipse in ani-
mo suo facere proponit, ea fient quo
cunq; tempore ipse volet,
12 Beata gens quæ Dñm habet
protectorē suū, et popul⁹ ille foelix
est, quem Dominus sibi elegit, vt
illum peculiari modo possideat,
13 E coelo prospexit Dñs, cōtēpla-
tus est quicquid vsquā est hominū
14 E tabernaculo, qđ ab oī inquie
tudine liberū ipse inhabitat, cōside-
rauit vniuersos habitatores terræ.
15 Jlle in quam cōsiderauit vni-
uersos, qui finxit sine vlla exceptiōe
corda omniū, qui et nouit singulo-
rum opera singula,
16 Ne rex quidē salu⁹ euadet exer-
citu quantūuis numeroso. nec mi-
les quantumuis strenuus pericula
euadet proprijs viribus.
17 Res fallax est equus ad præstan
dam salutem, nec vllis viribus suis
eripere

eripere e periculis poterit sessorem
18 Ecce oculus dñi obseruat et cus
todit eos, qui reuerētet colūt ipsum:
et eos qui patienter expectant, vt
benignitatis illius participes fiant.
19 Vt liberet eos a morte, et victū
suppeditet illis tempore famis.
20 Anima nostra expectauit Dñm
assidue: auxiliū enim nostrum et
protectio nostra ipse est.
21 Ipse pro sua bonitate causam
gaudēdi præbebit cordibus nostris
qui ipsius nos sacrosanctæ maiesta
ti curandos tradidimus.
22 Respōdeat expectationi nostræ
benignitas tua Dñe.

34

Benedi- cam dñm in oī tem pore

Ipsius Dauid quū simularet se
aliū q̄ erat corā Abimelech, q ꝛ
reiecit illū a se, atq; ita elapsus ē.

LAudabo Dñm omni tempo-
re: assidue laudes illius can-
tabit os meum.
2 In laudando Dño occupata erit
anima mea, vt audeant qui aduer-
sa patiuntur, et recreentur.
3 Laudibus quantū potestis maxi
mis efferte Dñm. extollamus no-

men

men illius vna omnes.
4 Quæsiui Dñm, et exaudiuit me
et ex omnibus angustijs eripuit me
5 Conuertant se ergo ad illum pro
pere quotquot sapiũt: assequent eius
quicquid postulauerint ab illo.
6 Hic enim pauper clamauit, et Do
minus exaudiuit, et ex omnibus tri
bulationibus liberauit eum,
7 Castrametatur angelus Domi
ni circa cultores illius, vt seruet eos
8 Quare reuerenter colite Dominũ
sancti illius, nihil enim deerit vn
quam cultoribus illius,
9 Perpendite et videbitis tam libe
raliter iudicaturi sitis virũ, qui spẽ
suam collocat in eo.
10 Qui potentia leonibus similes
videbant, ad inopiam redacti sunt,
et famẽ passi: quũ interim quæren
tibus Dñm, nihil defuerit vnquam
11 Venite quotquot discere cupitis,
et auscultate mihi, quo pacto vere
coli velit Dominus docebo vos.
12 Quisquis cupis fieri longæuus,
et multis annis viuere feliciter
13 Cohibe linguã a maledicẽtia, et
con

benignum esse Dnm, ut
felicem judicaturi

cōpesce labia tua ne cōcinent dolos.
15 Fuge malū et fac bene, sectare
pacem vt assequaris eam.
16 Oculi Domini obseruant iust-
tos, et aures habet accommodatas
ad clamores illorum.
17 Toruo vultu Dominus aspi-
ciet sceleratos, vt aboleat a terra
memoriam illorum.
18 Clamauerunt iusti, et Domin⁹
sic exaudiuit eos, vt ex omnibus ad-
uersis eripuerit eos.
19 Adest Dominus his qui fracto
sunt animo, et eos qui afflicto sunt
spiritu, saluos faciet
20 Multa incommoda accidunt
iusto, sed ex omnibus illis eripiet
eum Dominus
21 Sic custodit oīa ossa illi⁹, vt ne
vnū quidē cōfringatur ex omnibus.
22 Occidet impium ipsa impietas,
et quotquot odio persequuntur iust-
tum, peribunt
23 Seruat animas cultorum suo-
rū Domin⁹, nec sinet interire quen-
quam eorū, qui sese crediderunt illi.
David

Sup

PSAL. XXXV

Iudica dñe nocẽtes me.

SVpplicíũ sume de aduersa-
rijs meis Domine, pugna ad
uersus oppugnantes me.
2 Arripe clypeum et lanceam et fer
suppetias mihi.
3 Arma te gladio & hasta, vt occur
ras persecutoribus meis, promitte
allaturũ te animæ meæ salutem.
4 Suffundant pudore et afficiañ-
tur ignominia, quotquot student
subuertere me, conuertantur in fu-
gam et infames fiant, quotquot ma-
chinantur malum mihi.
5 Fiant similes festucæ, quę rapta
tur flatu venti, et angelus Domini
insequatur eos
6 Destituat lumine via, per quam
fugiendũ erit eis, lubrica fiat, et an-
gelus Domini persequatur eos
7 Quia sine vlla causa conati sunt
clam laqueis suis mortiferis in vol-
uere me, sine causa foueam foderũt
in perniciem meam
8 Eueniat vnicuiq; eorum calami
tas de improuiso, et rete illud quod
expandit in perniciẽ meam irretiat
ipsum, in eandem illam foueam
quam

quam mihi parauerat, incidat ipse.
9 Anima mea gaudeat & exultet se
rio, propterea quod salutem afferre
dignatus sis mihi
10 Omnia ossa mea dicant nõ esse
similẽ tibi Dñe, in eripiendo paupe
re a violentia eorũ, qui viribus illo
superiores sũt, in eripiẽdo inquã af
flicto et egeno ab opprimentibꝰ illũ
11 Cõsurrexerunt aduersum me te-
stes iniqui, quæ ignorabam ipsi in
terrogantes obiecerunt mihi
12 Reddiderũt malũ mihi pro bono
ad inopiam redigere conabant̃ me.
13 Ego interim quũ ipsi infirma-
rent̃ pro vestimẽto vsus sum sacco,
et ieiunio maceraui me, et precibus
ĩpetraui a Dño, quæ volui pro eis.
14 Tanquam si summus amicus,
imo frater quiuis eorũ fuisset mihi,
omnia humanitatis officia exhibui
eis in aduersis, nõ aliter quam qui
matrem lugent, pullatus et capite
demisso incessi.
15 Ecõtrario quoties mihi aduersi
aliquid accidit, voluptatem ex meo
malo capiebant, et cõgregabant̃: cõ
grega

gregabuntur inquam aduersũ me
homines deprauati, qui læsi a me
nulla re fuerant, proscindebant me
conuitijs sine intermissione.
16 Vna cũ scurris et irrisorib⁹ fru
sto panis cõductus, non destiterunt
frendere cõtra me dentibus suis.
17 Domine quando tandẽ horũ ha
bebis rationem? libera quæso ani-
mam meã ab ijs. qui perdere conan
tur eam a catulis leonũ solitariam
et oĩ humano auxilio destitutam.
18 Accepta referam tibi oĩa mea,
idque palam in hominũ frequẽtia
apud populum fortem laudibus
extollam te.
19 Non habeant ansam insultan-
di, qui hostiliter insequunt me sine
ratiõe, nec illi, qui odio me habent
absq; vlla causa, et subsannant me.
20 Non enim quibus tuto fidi pos
sit loquũtur: sed aduersus insõtes:
qui in terra degũt, dolos cõcinnant.
21 Dilatauerunt os cõtra me, et in
sultantes clamauerunt optime, op-
time, tandem viderunt quæ volue-
runt oculi nostri.
F 22 Vidi

22 Vidisti hæc oĩa, ne quæso dis⸗
simula dñe, ne desere me, quẽadmo⸗
dum solent, qui procul abeũtes ami
cum relinquunt in periculis.
23 Profer te, et ostende in causa hac
mea ipsos ea quæ faciũt te dormiẽ
te nõ facere, sed quamuis nõ appa⸗
reat te Deum Dñm meum diligen⸗
tissime curare negotia mea.
24 Iudica quod iustũ esse nouisti
Dñe mi de⁹, et fac ne habeant qua⸗
re ipsi compotes voti irrideant me.
25 Non habeant cur dicant in cor⸗
de suo, ex animi nostri sentẽtia hæc
res successit nobis, neque iactent se
plostrauisse me
26 Pudore afficiantur, et infames
fiant quotquot voluptatem capiũt
ex malo meo : induant cõfusionẽ et
pudorem, quotquot erigunt sese vt
noceant mihi.
27 Gaudeant et lætentur quibus
placet innocentia mea, et dicant iu⸗
giter, magnificat Dominus, qui pa
cem habere voluit seruũ suum.
28 Lingua mea sedulo prædicabit
iustitiam

iustitiam tuam, et laudes tuas cantabit assidue

Ipsius serui Dñi Dauid 36 Dixit iniust⁹ vt deliquat.

PErsuasit (quantũ animo possum concipere) ipsa nequitia impio exlegi, non esse metuendum illi, ne Deus suppliciũ sũmat de sceleribus illius.

2 Blãdis persuasionib⁹ egit apud illum vt placere incipiat ipse sibi flagitijs suis. quare sic offẽdit Deus, vt ipsum cum sceleribus suis deprehensum, odio persecuturus sit perpetuo

3 Sermo illius iniquitatis, et fraudis plen⁹ est, noluit resipiscere, neq3 vitam in melius commutare

4 Cogitabit noctu iaciens in lecto quib⁹ artibus opprimat plurimos: sectabitur vitæ genus pessimũ, nullũ genus malitiæ prætermittet.

5 Domine quicquid ambitu coelorum cõtinet, benignitatis tuæ particeps est, et constantiam propositi tui sentiũt quæcũq3 inter terram et nubes media sunt.

6 Iustitia tua magnitudine super

at montes altissimos, iudicia tua
profundiora sunt profũdissima ab-
ysso, hominẽ et bestiã saluabis Dñe
7 Quã est magnifacienda benigni
tas tua Deus, per quam posteri A-
dæ, veluti latẽtes sub vmbra alarũ
tuarum tuti degunt,
8 Fruentᷓ copia earũ rerũ, quib⁹ ab
undat domus tua, et veluti flumi-
ne variarũ voluptatũ potabis eos.
9 Apud te eñ fons est vitæ peren
nis vbi illuminati fuerim⁹ lumine
tuo a tenebris liberi erim⁹ perpetuo
10 Benignitatis tuæ copiosi⁹ par-
ticipes fac eos qui agnoscũt te, et ius
titiæ tuæ eos qui cãdido sũt pectore
11 Non perueniat vsq; ad me pedi-
bus suis superb⁹, nec moueat me lo
co meo impiorum ferox manus.
12 In ipso conatu collapsi sũt qui
perpetrare iniqua conabantur, pros
trati sunt nec poterunt surgere.

Ipsius Dauid. 37.

Noli æmulari ĩ malignãtibus.

NIhil te moueat si sceleratos
videris opulentos, nec illis
inuideas prosperitatis tan-
tillum.

PSAL. XXXVII

2 Similes enim deprehendent foe-
no quod exortũ minimo durat tem-
pore et herbæ similes erunt virenti,
quæ marcescit subito.
3 Fiduciam tuam colloca in Dño,
et sectare quod bonũ est, et terrã in-
habites longo tẽpore, ⁊ pascas ⁊ au
geas assidue de Dño cõceptam fidẽ.
4 Si oblectaueris te Dño, dabit ti
bi quantũ aĩmo cõcupiscere poteris
5 Committe Domino statũ rerum
tuarũ, fide illi, optima enim fide cu-
rabit et te et tua omnia.
6 Et faciet vt tam sit cõspicua iu-
stitia tua, quam est lumen solis, et
æquitates tuæ (licet nunc nõnihil
obscurẽtur impiorũ foelicitate) tam
claræ fient, q̃ est sol in ipso meridie
7 Patienter expecta Dñm, et fer
æquo animo, si quid ab illo tibi im
mittatur aduersi, neq; cõtristeris, si
videris alium quempiam foelicius
augere sua, quod sæpenumero sce-
leratissimo cuiq; euenire solet
8 Cohibe animũ tuũ ab ira, et pelle
furorem, nec sic incendaris, vt illorũ
sceleratorũ exemplo, ad perpetrãda

similia animū inducas.
9 Scelerati enim homines subuer
tentur, qui vero Dominum patien-
ter expectant, velut hæreditario iu-
re terram possidebunt
10 Breuissime sic interibit impius,
vt veteris pōpæ, qua admirationi
fuit multis, nihil reliquū visur⁹ sis.
11 Interim modesti possidebūt ter-
ram, et tranquillissime viuent nacti
pacem, quæ plurima secum cōmo-
da allatura sit.
12 Conabit̃ ĩpi⁹ iustū subuertere, ⁊
frendet aduersus illū dentibus suis
13 Dominus ridebit minas illius,
nouit enim quam sit in propinquo
tempus, quo ipse peribit
14 Gladiū e vagina exemerūt im-
pĳ et arcum suū tetenderunt, si quo
modo prosternere possent insontem
humano præsidio destitutū: et eos
deuorare, qui inõxie viuunt.
15 Gladius eorū penetrabit cor eo-
rum et arcus eorum confringetur.
16 Satius est paululū habere, et
partum iuste, quam diuitias pluri
mas, quomodo habent eas ĩprobi

17 Posteritas enim impiorũ dissipa
bitur seruabit vero iustos Domin⁹
18 Nouit Domin⁹ dies iustorũ, et
cure sunt illi, et hæreditas eorum
perpetua erit.
19 Non frustrabunt̃ spe sua, quan
do alios inuoluet temporis infelici-
tas, et alijs fame laborantibus, ipsi
saturabuntur.
20 Impij peribunt interi et inimici
Dñi nõ aliter quam adeps agno-
rũ, qui adoletur super altare, finem
capient vna cum fumo deficient.
21 Mutuũ accipit impius, nec red-
det, iustus autẽ mĩa motus, vltro
dat ijs qui opus habent
22 Quare qui bene precant̃ ob ius-
titiam ei, terram possidebũt: qui ve
ro maledicunt, extirpabuntur
23 A Domino dirigentur gressus
viri, et vitæ genus quodcũq; elege-
rit, gratum erit illi.
24 Si cecíderit nõ supplantabit̃:
dñs eñi apprehẽsa manu eriget illũ.
25 Iuuenis fui, & diu viuẽdo senex
fact⁹ sũ, nec tamẽ vidi iustũ desertũ
nec semẽ illi⁹ laborare inopia vict⁹.

26 Assidue in omnes misericors est
iustus et mutuo dat: quare posteri
illius diuitijs abundabunt
27 Fuge malũ, et sectare quod bo-
num est, vt possis durare perpetuo.
28 Amat enĩ dñs quod æquũ est,
nec vnq̃ deseret sanctos suos, custo
dia enim abhibita illis est perpetua
ĩpioꝝ vero posteritas exterminabit
29 Iusti tanq̃ suam possidebũt ter
ram, et inhabitabũt eam diutissime
30 Os iusti tractabit sapientiam,
et lingua eius loquetur que ad rem
pertinebunt
31 Doctrina dei sui stabilitum ha-
bet cor, quare stabilis erit, et a lap-
su securus pes eius
32 Obseruat impius iustum, et stu
diose quærit qũo occidat eum
33 Sed Dominꝰ nõ sinet eum op-
primi tyrannide illius, nec permit-
tet eum impietatis conuinci, quan-
do causa eius in iudicio tractabitur.
34 Expecta ergo patienter aduen-
tum Domini: et viue secundũ præ
scripta illius, quod si feceris, extol-
let te, et terræ præficiet, et quando
impij

impij subuertentur, tu interitum eorum securus aspicies.
35 Vidi ipsum potentē et virentē, et similem lauro quæ viret perpetuo.
36 Sed paulo post obiter præteriui locū in quo antea floruisset ille, verū īueniri nō potuit, cuan ucrat em
37 Sit tibi curæ integritas, et specta semper id quod rectū est: eū enim qui talis est, pax manet perpetua.
38 Scelerati oēs fundit⁹ subuertentur exitus impiorū erit miserabilis.
39 Salus proueniet iustis a Domino, fortitudo eorum ipse erit tempore afflictionis.
40 Et auxiliabitur eis dn̄s, liberabit inq̄ eos ab impijs, et salutē adferet illis, quia spem suam posuerūt in eo.

Psalmus Dauid 38 — Dn̄e ne in furore tuo

NE quæso Dn̄e pro graui ira, et si iustissimis de caussis aduersū me cōcepta sit, castiges me, neq; pro bili quā ego meis scelerib⁹ moui tibi, animaduertas in me.
2 Jam nunc enim tuæ sagittæ alte infixæ hærent in me, et manu tua prostrauisti me

3 Nihil integrũ eſt in toto corpore
meo præ metu qnem de te concepi
irato, nihil eſt in oſſibus meis quie-
tum, propterea quod peccatorũ con
ſcius mihi ſum
4 Iniquitates ſuperauerunt caput
meũ, et factæ ſunt grauiores, quam
quibus ferendis ſufficiam.
5 Putruerunt et recruduerũt male
obductæ cicatrices meæ, propter in
ſignem ſtultitiam meam
6 Peccati põdere depreſſus ſupra
modũ humiliat⁹ ſum, toto die ha-
bitu lugubri obambulaui triſtis.
7 Inteſtina enim mea feruẽti pla-
ga plena ſunt: quæ ſic erumpit, vt
nihil in corpore integrũ reliquerit.
8 Debilitat⁹ ſum, et modis tam mi
ris vulneratus, vt præ intolerabili
animi cruciatu vocẽ ædideri nõ hu
manam, ſed rugitũ potius leoninũ
9 Dñe notũ tibi eſt deſideriũ meũ
et ſuſpiriũ meum non latet te.
10 Cor meũ palpitat intra me, deſ-
tituit me robur meũ: et lumẽ oculo-
rũ meorũ non habeo in ptãte mea,
11 Amici olim mei, et familiares e
regione

regione plagæ meæ steterūt: et vi-
cini mei procul a me fuerūt semoti.
12 Retia expandunt insidiantes vi-
tæ meæ, et studētes incommodare
mihi loquebantur scelerata, et frau
des assidue machinabantur.
13 Ego vero tanquā surd⁹ audire
dissimulabā, et fact⁹ sū veluti mut⁹
nō aperiens ad respōdendū os suū.
14 Et similis erā viro qui nihil au
dit, nec diluit q̄ illi obijciūt crimina.
15 Ad te enim Dñe anhelabam: tu
audies suspiria mea, dñe mi Deus.
16 Valde metuebam ne nanciscē-
rentur ipsi ansam gloriandi aduer-
sum me: qui quoties vel tantillum
accepissem incommodi, erigere solēt
cristas suas.
17 Caussam habebam metuendi,
quod ferendis verberib⁹ destinat⁹
essem, quodq; vulnus meū cogerer
circunferre mecum iugiter,
18 Hoc illud est graue animi vuln⁹
q; iniquitatē meam non possum nō
agnoscere, dum memet mihi osten-
do, nec dolorem remittere sinit recor
datio peccati mei.

19 Dum

19 Dum ego ad eũ modũ affectus
ſum, inimici mei viuunt et valent,
et nũero plurimi perſequũtur me
nihil vnq̃ vel re vel ꝟbolæſi a me
20 Quin potius malum reddide-
runt mihi a quo beneficiũ accepe-
rant, aduerſati ſũt mihi nõ alia ma
gis cauſſa q̃ q͛ vita mea illoꝝ diſſi
milis erat facere em̃ bene ſtudebam
21 Vides Dñe quo in loco ſint res
meæ, quare auxilio ſis mihi Dñe
mi deus, et ne relicto me in his peri
culis tu procul hĩc abſceſſeris a me.
22 Cito accurre, vt auxilio ſis mihi
domine author ſalutis meæ.

Pſalmus Dauid. 39.

Dixi cuſtodiam.

STatui ne verbo quidẽ vllo
ſine fructu anſam præbere
impijs calũniandi : frenum
abhibebo ori meo quandiu nego-
cium mihi fuerit cum impio.
2 Obmutui penitꝰ, abſtinui etiam
bonis metuẽs ne ꝛ illa in calũniam
raperent: quamuis ea taciturnitas
vehementer auxerit dolorẽ mihi.
3 Concaluit intra me cor meum, et
quũ aĩo reuoluerẽ, quibus in malis
eſſem

eſſem, non aliter æſtuabam, quam
ſi ignis intra me arderet, qui erum
pere cogeret me in vocem hanc.
4 Fac ſciam Dñe finẽ meũ, et nu-
merũ dierũ meorũ qui reliqui ſunt
adhuc, vt cognoſcam quãto tẽpore.
in miſerijs viuendũ mihi ſit adhuc.
5 Certũ eſt enim, te veluti in digi-
tis numeratos habere pauciſſimos
dies meos, et huius vitæ tempus
apud te rem eſſe penitus nihil: reue-
ra enim modis oĩbus vaniſſimus.
eſt, quiſquis eſt homo, quãtũuis vi
deať eſſe aliquid, Ita res habet.
6 Et enim in tenebris tota ſua vi-
ta verſabiť quiſquis fuerit, et ſine
fructu tumultuabitur: colliget mag
no ſtudio multa, neſcius interim in
cuius vſus congeret ea.
7 Et ego hoc rerũ ſtatu, q̃d aliud
opto dñe, q̃ vt ſuccurras mihi? a ne-
mine em̃ ſubſidiũ expecto niſi a te,
7 Et vt ab oĩbus peccatis meis li-
beres me, nec ſinas me fieri ludi-
brio, ſtolidis et impijs hominibus.
9 Obmutui nõ aperturus os meũ
quod ſcirem ad exercendam patien-
tiam

tiam abs te immitti hæc mihi
10 Aufer paulisper a me flagellum
tuum præ metu enim manus tuæ
prope modum exanimatus sum
11 Castigationib⁹, ob iniquitatẽ:
immissis, erudire soles hominem: et
absumere, donec resipiscat, quicq̃d
in eo eximiũ fuerat, quemadmodũ
tinea vestimentũ consueuit: quare
nihil nisi mera vanitas est quisquis
fuerit homo. Ita res habet.
12 Audi precationẽ meam dñe, et
clamorẽ meũ aurib⁹ hauri: ad fletũ
meũ ne obsurdescas, peregrin⁹ enim
sum apud te et aliengena quales fu-
erunt oẽs progenitores mei.
13 Abstine paululũ a flagellando
me vt vires pristinas recipiam, pri
usq̃ migrare cogar nunq̃ reditur⁹
huc. Ipsius Dauid Psal. 40

Expectãs expectaui

SOlicite expectans expectaui,
donec preberet se mihi dñs: et
exaudiret clamorẽ meum
2 Et extraheret me e puteo illo cala-
mitoso et luto sordidissimo, et con-
stitueret me in rupe erectũ in pedes
meos, viam mihi præparans, per
quam

quam ambulatem inoffense.
3 Et immitteret in os meũ carmen
quo noua decantentur et inaudita
beneficia dei nostri
4 Videbunt hæc plurimi et reuere
buntur dñm, et credent se illi
5 Beatus ille vir, qui ponit in dño
fiduciam suam, nec admiratur eos
qui iactant vires suas et sectantur
fluxa hæc quæ vident esse aliquid
quum nihil sint
6 Plurima designasti tu dñe ad-
miratione dignissima, et cogitatio-
nes quibus sedulo curas nos, tam
sunt multæ et mirabiles, vt nemo
hominum intelligere queat, quan-
tũ tibi debeat pro illis, si enim aliis
enarrare coner eas, et verbis prolo-
qui, inueniã plures esse, q̃ vt nũera
re sufficiam, nedũ verbis explicare.
7 Sacrificiũ et oblationẽ nõ desi-
derasti, sed aures purgatas dedisti
mihi: holocaustũ & hostia, q̃ pro pec
cato solet offerri, nõ ãpli⁹ placẽt tibi
8 Tum dixi, ecce ego ipse aduenio,
in volumine libri scriptũ est de me.
9 Facere quod placeat tibi deus
vehemen

vehementer cupio, et doctrinam tu-
am in penetralibus pectoris mei de
scriptam habeo.
10 Prædicaui iustitiam tuã in fre-
quẽtia populi maxima, certe labijs
meis non peperci, quod et tu Domi
ne optime nosti.
11 Justificationẽ tuam nõ inuide-
bam alijs, abscondẽs eam intra an
gustias cordis mei, cõstantiam tu-
am in promissis, & quam promisisti
te allaturum miseris salutẽ, palam
annunciaui, nec destiti cõmemorare
plurimis, q̃ sis benignus, et quam
tuto fidi per omnia possit tibi
12 Ne nega q̃so tu Dñe omnimo-
dam illam misericordiam tuam mi
hi, sed benignitas tua: et cõstantia,
in seruandis promissis, tuentur me
perpetuo
13 Circũderũt eñ me mala innũe-
rabilia, apprehenderunt me iniqui-
tates plures quam vt eas visu asse
qui potuerim superauerunt nũero
capillos capitis mei, quare et ani-
mus meus destituit me.
14 Dignare quæso liberare me deñ
domine

dñe ad ferendum auxilium mihi ac-
curre,
15 Suffundant pudore et ignomi-
nia afficiant ad vnũ oẽs, qui perse-
quunt aĩam meam vt perdant eam
cõuertantur in fugam spe sua frus-
trati notẽtur infamia, qui volupta-
tem capiunt ex malo meo,
16 Pereant mercede accepta pro ig-
nominia qua me afficere conati sũt
et quotquot insultantes dicunt in
aduersis meis, euge, euge
17 Gaudeant et letent freti fiducia
tua quotquot student placere tibi,
et dicant iugiter magnificat domin⁹.
quotquot cupidi sunt assequendæ
salutis tuæ.
18 Quanq̃ aũt pauper ego sum, et
omni auxilio humano destitutus,
dominus tamẽ curam suscepit mei,
quare quũ auxiliũ meum et serua-
tor meus sis tu oro te mi de⁹, ne pro
crastineris diutius.

Psalmus Dauid 41 Btũs qui

FOelix ille qui nõ aspernatur intelligit
afflictũ, quin potius pruden super e-
ter rem apud se perpendens genum.

G sic

ſic cogitat: cui nunc ab amico Deo
īmittunt mala hæc, illū eripiet Dn̄s
e malis grauioribꝰ que alios manēt
2 Dominꝰ curam geret illius, et vi
tæ priſtinæ reſtituet, et diuitem in
terra faciet, nec ſinet eum premi ty-
rannide hoſtium ſuorum.
3 Dn̄s auxiliabitur illi etiam in cu
bili ob dolorem decumbenti, quin
et lectum illius totum, angulis vn-
diqꝫ ventilatis, in ipſo morbo verſa
bis domine, vt mollius cubet
4 Ego in morbo cōuerti me ad te,
et dixi: dn̄e miſereat te mei, ſana ani
mam meam, languet enim propter-
rea, quod peccauerim ego in te.
5 Inimici male precabant mihi di
centes: quando tandem morietur et
abolebitur nomen illius.
6 Si forte fortuna venit quiſpiam
illorū vt viſeret me, loquebat fuca
te, addebat ſceleri ſcelus, longe aliud
habens in animo ꝙ in ore: egreſſus
enim a me foras, linguam aduer-
ſum me ſuo more exacuebat
7 Vnanimiter aduerſum me cōſpi
rabant quotquot erant oſores mei,
aduer

aduersum in𝔮̃ me, a quo læsi nũ𝔮̃
fuerant, studiose cogitabant, quo
modo nocere possent mihi.
8 Morbus inquiũt, grauissim⁹ cor
ripuit illum, et decumbere tam gra
uiter coepit, vt nun𝔮̃ valetudinem
pristinam recepturus sit.
9 Quin et vir cum quo mihi arctis
sima fuit familiaritas: cui fidebam
qui et meo victitabat cibo, sublato
pede velut calce petebat me.
10 Quare tu dñe horũ habita rati-
one, miserere mei, ⁊ erige me, vt illis
quod meriti sunt retribuam.
11 Per hoc cognoui me amari abs
te quod inimicus meus caussam nõ
habeat gloriandi aduersum me.
12 Ego eñ in simplicitate mea, por
rigẽte te mihi manũ tuam, persititi,
quare et constituisti me eo loco, vt
semper e regiõe tibi proxime adfu-
turus sim.
13 Omni laude maior dñs Deus
Israelis: ab æterno fuit, et vsq; in
æternum erit, Amen Amen.

Libri primi finis.

Filiorum Corach 42

Quemad modū de siderat

QUomodo ceruus anhelare solet ad riuulos aqua plenos, ita anhelat aīa mea, vt perueniat ad te.

2 Sitiuit anima mea deū, deū, inquam, fortē et valentē, quando mihi continget, vt intromissus ad te aspiciar placido vultu tuo.

3 Fuit mihi fletꝰ pro cibo die et nocte quum dicerent, qui insultabant mihi, vbi nunc est deus ille tuus?

4 In memoriā reuocabam quæ olī patribus præstitisti, et effūdebam intra me animam meam, memetipsum consolans, et futurū sperans, vt liberer aliquando a malis presētibus, et hinc transeam cum multis, et proficiscar cū illis vsqꝫ in domū dei tali cum gaudio, quali festus dies celebrari solet.

5 Quorsum affligis te o aīa mea et tumultuaris intra me? spera bene de deo veniet enim tēpus, vt ipse pro sua benignitate eripiat me ex malis meis, et ego occasionē habeam laudandi, et pro acceptis ab eo beneficijs gratias agendi.

Mi deus

PSALMVS XLII

6 Mi deus, aīa mea cruciat ſeſe in-
tra me, nec habeo quo me cōſoler, ni
ſi recordatiōe beneficiorum pr̄ibus
noſtris exhibitoꝝ iuxta Jordanē et a
Mitzar vſq; ad montem Hermon.
7 Abyſſ⁹ vna aliā īuitat ſono, qua-
lē edere ſolēt cataracte tue maximū
ſluctus tui et malorum vndæ per
nos tranſierunt.
8 Pulſis maloꝝ tenebris in die, do-
minus decreuit miſericorditer agere
nobiſcū, quare ne hac quidem tribu
lationibus plena nocte a laudando
illo ceſſabimus, carmen enim in lau
dem illi⁹ ſcriptū, et precatio ad deū
omnipotentē, et vitæ authorē ſem-
per erunt in ore mihi.
9 Perſuadet ſibi de te, o de⁹, anima
mea qđ inſtar rupis firmiſſimæ ſis
mihi tu, quouſq; ergo obliuiſceris
mei? et quouſq; ego triſtis incedere
cogar ꝓpter afflictionem inimici?
10 Tolerabilius foret mihi, ſi gladi
um adigerent in viſcera mea, q̄ im-
pias cōtumelias audire ab inimicis
meis dicentibus aſſidue cum riſu:
vbi nunc eſt deus ille tuus?

11 Quorsum affligis te o aĩa mea?
et quorsũ tumultuaberis intra me?
bñ spera de deo, fiet enim adhuc, vt
gratias agam illi pro salute coram
ante cõspectum meũ allata ab ipso
qui nõ dedignabit se gerere pro deo
mihi. Psalmus 43

Iudica me deꝰ & discerne.

IVdex meus esto deus, et liti-
ga pro me contra gentẽ nihil
minus ꝙ̃ sanctam, a viro do-
loso, et iniquo libera me
2 Tu eñ deus author esse soles oĩ-
modæ fortitudinis mihi, quare er-
go deseruisti me nũc? et viribꝰ des-
tituisti me, quousqꝫ lugens assidue
obãbulo oppressꝰ tyrãnide hostis?
3 Immitte lucẽ tuam et veritatẽ tu-
am, vt ipsa deducant me, et perueni-
re faciant vsqꝫ ad montem quem
tua sanctitas inhabitat: imo vsqꝫ
in ipsa penetralia cubiculi tui
4 Vt perueniã vsqꝫ ad altare dei,
imo vsqꝫ ad ipsũ deũ authorẽ ine-
narrabilis mihi letitie, quã et referã
igenue acceptam tibi citharæ modu-
latiõe deꝰ, aĩo meo charissime deus.
5 Quorsũ maceras te o aĩa mea, et
quorsum

quorſũ tumultuaris intra me: expecta
patient quoad venerit deꝰ: futurũ
enĩ certo ſcio, vt adhuc laudẽ illũ,
qđ author fuerit mihi oĩmodæ et
ante cõſpectũ meũ expoſitæ ſalutis,
quodq; nõ fuerit dedignatꝰ gerere ſe
pro deo mihi Filiorũ Corach 44 Deus auribus noſtris

DEus auribꝰ noſtris audiui-
mus patres enĩ noſtri cõme-
morauerũt nobis inſignia il-
la et digna admiratiõe opera, quæ
tẽporibꝰ illorũ operatꝰ es, et tẽpori-
bꝰ que illos preceſſerant, quẽadmo-
dũ ipſi illa a patribus ſuis accepe-
rant, bona fide narrauerunt nobis.
2 Tu oĩpotentia tua gentes extir-
paſti, et patres noſtros in loca illa-
rũ inſeruiſti, plurima mala tu intu-
liſti populis illis, vt patres noſtros
in terras illorum introduceres.
3 Palam eſt enĩ eos nõ ſuo gladio
cõquiſiuiſſe terras illas, nec brachio
ſuo victores euaſiſſe, ſed dextera tua
et brachiũ tuũ, et fauor relucens in
vultu tuo, hæc illis preſtiterũt, non
ob aliud, ꝙ̃ quia libuit tibi bñfacere
illis.

4 Tu es ille quē merito amo, meus
ille rex deus, qui dignat⁹ es tā mul-
tis modis bñfacere Jacob.
5 Quare freti tuo auxilio aduersari
os veluti cornu petebam⁹, freti potē
tia numinis tui prosternebamus
quotquot insurgere audebāt in nos
6 Non enim in meo arcu spem po-
nebam, nec enim meus gladius ser-
uare me potuisset.
7 Sed tu victoriam tribuisti no-
bis de aduersarijs nostris, et eos
qui odio nos prosequebant, dede-
core affecisti spe sua frustratos.
8 Quod deū ꝓpitiū habuerim⁹, se-
rio exultare cōsueuim⁹: quare maies
tatē nominis tui domine perpetuo
celebrabimus. Ita fiet.
9 Sed qui fieri potest, vt nunc de-
serueris nos, et ignominia affeceris
nos, nec egrediaris nobiscum sicut
soles, in prælium.
10 Coegisti nos terga præbere ho-
stibus, et præda facti sumus illis,
qui odio habebant nos.
11 Similes nos fecisti ouib⁹ mac-
tationi destinatis, dispersisti nos
per

per exteras & a cultu diuino alienas
nationes
12 Vendidisti populũ tuũ nulla pe
cunia, nec obulo vno fact⁹ es ditior
ex venditione illorum
13 Exposuisti nos probro vicinis
nostris, subsannatiõi et ludibrio fu
imus ijs, qui habitant circum nos.
14 Fecisti nos fabulam ethnicis,
moto capite irrident nos populi.
15 Assidue nobis versat ob oculos
cõtumelia, pudor faciẽ occupat totã
16 Propter cõtumeliosam insultan
tis nobis vocẽ, et probris nos afficiẽ
tis: et propter inimicũ, qui se gloria
tur facultatem nactũ, vt nos tanq̃
dignos malo affligat
17 Hæc omnia ferre cogimur, quod
non obliti fuerimus tui, vel fœdus
initum tecum ruperimus.
18 Nõ enim alio abs te deflexit cor
nostrũ, nec declinauit gressus no-
ster a vijs, quas tu ostẽderas nobis
19 Cõtriuisti ĩterim nos locis, qui-
bus nõ hoĩes, sed dracones habita-
re videntur: contexisti nos caligine
tribulationis vsq; ad mortem.

20 Si obliti fuissem⁹ nōis dei nos-
tri, aut expādissemus man⁹ nostras
īplorātes opē ab alio q̃ te Deo vero
21 Si quidpiam tale factū a nobis
fuisset, merito deus pro eiusmōi īpie
tate nobis hæc mala īmitteret: nunc
qui nouit etiam ea, que latēt in pene
tralibus cordis, scit nihil in nobis es
se tale, et tamen patimur hæc
22 Propter te enim occidimur assi-
due æstimamur non pluris ab ijs,
qui nos occidunt, quam oues a la-
nio dum mactat eas.
23 Euigila, quousq; stertere vi-
deberis? expergiscere, ne perpetuo
neglecturus videaris nos.
24 Quousq; faciē tuam abscondes
tanquam nullam habeas afflictiōis
nostræ et oppressionis rationem?
25 Prostrati enim sum⁹ vsq; in ter
ram ꝛ venter noster terræ abhæret
26 Exurge tandem vt auxilieris
nobis, et libera nos pro immensa
benignitate tua.

Filiorum Corach carmen
amoris plenissimum 45

Erūpit

PSAL. XLV

Eructa-
uit cor
meum

ERumpit ex corde meo ſermo
optimus, quem vna cum reli
quis operibus meis dedico
regi, et lingua mea non minus prõ-
te, excipit quæ illi ſuggerit animus,
q̃ ſcribit calamo is, qui ſcribendi
eſt peritiſſimus.
2 Supra modum formoſus es, nec
quiſq̃ ex poſteris Adæ cõferri tecũ
vlla ratione poterit: copioſiſſima ef
fuſa ẽ gratioſitas in labia tua, vt ſit
ſermo tuꝰ gratia ſũma cõditꝰ: quare
et deꝰ te diuinis mũeribꝰ ornatiſſi-
mũ reddidit, que nũq̃ auferentꝫ a te
3 Accinge gladiũ tuum femori tuo
o potentiſſime, laudem enim et ho-
norem magnifice aſſequeris,
4 Et honorẽ virtutibꝰ tuis debitũ
aſſecutꝰ, tẽta quicq̇d volueris, proſ-
perrime enĩ cedet tibi, veheris predi
catiõe fidei ⁊ manſuetæ iuſtitiæ de
ſignabit ſtupẽda dextera diuinita-
tis tuæ, quæ ſũmo tibi cedẽt honori
5 Vbi ſagittæ tuæ vehemẽter acu-
tæ penetrauerint corda olim hoſti-
um tuorũ o rex, tũ natiões variæ
ſupplices fient tibi.

6 Solus

6 Soliū tuū regiū (o Christe) De-
us hoc sæculo stabile erit, et futuro
vsque in perpetuū, sceptrum iusti-
tiæ erit sceptrum regni tui.
7 Amantissim⁹ es iustitiæ, et odio
prosequeris quicquid est ab æquita
te diuersū, quare vnxit te Christe de
us, Deus tuus oleo fragrantiore q̄
vllū vnquam sociorum tuorum.
8 Nihil q̄ myrrham, aloen, et cassi-
am spirant oīa vestimenta tua, ex
repositorijs vestiū eburneis deprō-
pta in hoc, vt te exhilarent illis,
9 Filiæ regū aderunt īter reliquas
puellas nobiles, statuet tibi ad dex
tram coniunx ornata auro Ophir
optimo
10 Audi filia, et rem perpēde, aurē
tuā prebe mihi, vtpopuli tui obliuis
caris & cognatōis paternæ hortti
11 Capt⁹ est enim amore insignis il
le rex formæ tuæ, est aūt (vt scias)
hic Rex Dn̄s tuus, dignus cui tu in
genua prouoluta supplex fias.
12 Et si nuptiæ processerint, filia
Tyri mūeribus amicitiam inire te-
cum studebit, venerabuntur te di-
tissimi

tissimi quiq; in toto populo
13 Varius erit ornatꝰ reginæ regis
illius, sed non oīm oculis expositus
animi enim magis erit quam cor-
poris: vestis illius auro intertexta
erit artificiosissime
14 Vestibꝰ elegantissime variega-
tis perducet ad regem illū, virgines
comitabūt illam: adducit iam nūc
cū suis virginibꝰ regina tibi o rex.
15 Perducet cū gaudio et summa
lætitia penetrabunt vsq; in intimū
palatium regis.
16 In locū patrū tuorū succedēt fi-
lij tibi, lōge præstantiores patribꝰ
illis quos præficere poteris vniuer-
sæ terræ
17 Faciam memorabile nomē tuū
apud posteros oēs, vt celebraturi
sint te vsq; ad cōsummationē sæcu
li et in perpetuum

Filiorum Corach 46

DEus fiduciam nobis suppe- Deus nos
ditat et robur, vt ē illiꝰ mos ter refu-
sæpissime enim auxilio fuisse giū et vir
ijs, qui in periculis constituti fuerāt tus.
deprehensum est manifestissime

2 Quare

2 Quare nõ timebimꝰ etiam si sub-
uertatur tota terra et præcipitẽtur
montes in medium mare.
3 Tumultuẽt licet et strepitũ æ-
dant aquæ maris, cõtremiscant mõ-
tes metu maiestatis illiꝰ. Ita fiat
4 Exterritis alijs fluuius amoenis-
simꝰ in varios diductus riuulos ex-
hilarabit ciuitatẽ nostram: quam
Deus inhabitat protector noster, et
gratissime humectabit loca sancta,
quæ incolit sanctissimus ipse.
5 Ipse Deus in medio illius nos-
træ ciuitatis adest assidue, et curat
ne vel tantillũ cõcutiatur, auxilio ve-
niet quoties opus erit, etiam ante
ipsam auroram summo mane.
6 Trepidauerũt gentes, et cõmo-
ta sunt regna, vocem suam diuinæ
maiestatis tam plenam ædidit De-
us, vt viribus suis destituta fuerit
vniuersa terra.
7 Dominꝰ, in cuius potestate sunt
omnes exercitus, adest nobis, instar
firmissimæ basis est nobis Deus
Iacob. Ita res habet
8 Eia cõtemplamini quæso opera
domini,

vt videatis, quam admiratione dig
na designauerit in terra.
9 Cessare fecit bella per totũ orbem
et omnes angulos illus, arcum cõ-
fregit, sagittas et lanceas perdidit
currus bellicos igne exussit.
10 Haec si diligenter perpẽderitis,
agnoscetis facile me esse Deũ: qui
potestatem habeam in gentes, et in
vniuersam terram.
11 Dominus imperator omnium
exercituum partium est nostrarum,
instar firmissimae basis, cui tuto in
niti possimus ipse nobis est Deus
Iacob. Ita res habet.

Filiorum Corach, 47

QVotquot vsq̃ estis populi plaudite manibus, signa laetitiae in honorem Dei aedite voce q̃tũ potestis maxime hilari. Oẽs gentes plaudite.
2 Dominus enim factus est subli-
mis et suspiciẽdus, cõstitutus est rex
oĩa potẽs super vniuersam terram
3 Sola praedicatione Euangelij
subiecit populos nobis, a cultu di-
uino antea alienos, populos in
quam subiectos fecit et supplices ad
pedes

pedes nostros prouolutos.
4 Elegit in hæreditatem nobis flo
rem præcipuum ipsius Jacob quē
amauit. Ita res habet
5 Ascēdit in altū Deꝰ, exceptꝰ est cū
iubilo, Dn̄s ipse cū clangore tubæ.
6 Quare Psalmis celebrate deū, ite
rū dico celebrate regē hunc nostrū,
atq; iterū absq; cessatiōe celebrate.
7 Cōstitutꝰ em̄ est rex oīm, q̄ terrā
incolūt, deꝰ, quare psalmos in vene
rationē illiꝰ canite, quotquot sapitis
8 Deus suscepit imperiū in gētes.
deus sedet pro tribunali, sanctitatis
suæ specimen æditurus
9 Principes populorum vltro sub
diderunt sese Deo Abraham, habet
enim potestatē Deꝰ in fortissimos
quosq; totius terræ, et infinitis mo
dis superior factus est oībus illis.

Magnus dominus et laudabilis.

Filiorū Corach psalmus 48

Magnifit Dn̄s, et laudat me
rito ab ijs qui ciuitatē Dei
nostri incolūt quæ sita est
in mōte, quē sanctitas illiꝰ īhabitat
2 Elegans regio, gaudiū vniuersæ
terræ mons Sion, lateribꝰ expositꝰ

Aquilōis

Aquilōis ciuitas regis potētissimi.
3 Deus in palatijs ciuitatis illi⁹ sic
not⁹ est, vt ignorari nō possit, quin
hoc ab ipso habeāt q̃d stabilia sint.
4 Reges ipsi (res mira) consilio
inito congregati, et vna ad ciuita-
tem illam profecti sunt.
5 Quam quū vidissent, animo cō-
turbati sunt, et metu perculsi.
6 Terror inuasit eos ipso in loco,
et dolor qualis mulierem solet par-
turientem.
7 Fracti sunt animo, quomodo tē-
pestate ab Orientali plaga exorta
confringi solent naues Tharsis.
8 Quemadmodū audiuimus, in-
quiebant, sic rem se habere coram
ipsi vidimus in ciuitate Dñi in oīa
īperiū habentis, in ciuitate inquam
Dei oīm nostrū, deus ipse ciuitatē
illam stabiliet in æternū. Ita fiet.
9 Cū fiducia expectauimus Deus
benignitatem tuam, qui versamur
in medio domus regiæ tuæ.
10 Sicut fama nominis tui ad ex-
tremos fines terræ peruenit, ita et
maiestatis tuæ laus, iustitia plena

est dextera tua: quæcunq; enim fa-
cis iustissime facis,
11 Gaudebit mōs Sion, & exulta-
būt filiæ Iudæ, ꝓpter iudicia tua.
12 Circuite Sion, et diligenter con-
tēplamini eā, numerate turres illi⁹.
13 Adhibete animū ad murū eius,
vt diligenter cognoscatis, considerā
te diligent̄, vt quam sint admiratio
ne digna palatia eius describere pos
sitis, et relinquere posteris.
14 Profecto hic Deus noster erit de
us perpetuo et vltra, ipse deducet
nos quocunque profecti fuerimus,
vsq; ad finem vitæ.

Filiorū Chorach Psalmus 49.

Audite hæc gē-tes auribus

AVdite quod dicturus sū po-
puli oēs, auribus percipite
quotquot inhabitatis orbē,
2 Et plebeij, et principes vna diues
cum paupere.
3 Os meum loquetur multa sapiē-
ter, et cogitatio cordis mei erūpet in
verba prudentiæ.
4 Adhibebo ad expendendam pa-
rabolam aurem meam.
5 Cur solicitus ero de huius vitæ
bo

bonis tẽpore quo viuit cũ miseria
in terra, nũ vt finis operum meorũ
iniquitatis me condemnet?
6 Quorsum multi spem ponũt in
diuitijs, et propter multitudinem di
uitiarum superbiunt:
7 Nemo enim potest vel fratrẽ suũ
si velit liberare vllis opibus a mor-
te, nec offerre Deo, quicq̃, quod pro
eius redemptione velit suscipere.
8 Profecto rarissime seruant, qui di
uitijs inhiant, et qui perit ex eis, pe-
ribit perpetuo.
9 Viuet quidẽ in æternũ, sed sic, vt
ne optatꝰ quidẽ interitꝰ illi cõtigat.
10 Quia videbũt quidã mori sapiẽ
tes, nihil interesse putabũt ĩter mor
tẽ sapientũ et stultorum, quum stul
ti et bruti homines non moriantur
solum sicut sapientes, sed post mor-
tẽ perpetuo intereant, destituti om-
nibus illis, quæ hic magno studio &
animæ detrimento cõgesserant: re
linquere enim ea alijs coguntur.
11 Sepulchra eorũ domiꝰ ipsis erũt
perpetuo, et cubilia ipsis in gñatio
nẽ et generationem: quum viuerent

Hij famæ

famæ magis, quæ ad posteros per-
ueniret, studiosi q̃ salutis æternæ,
nomina sua indiderunt terris,
12 Verũ fieri non pōt, vt eiusmodi
homo diu in precio sit, stoliditas
eñ illius deprehẽdet, et nõ fiet plu-
ris q̃ bestiæ quib⁹ se similẽ fecit,
13 Hic est successus stultitia illorũ
dign⁹, sed et posteri illorũ: quod ab
illis didicerũt sequent. Ita fiet.
14 Sicut oues abducent ad infe-
ros, vbi pabulũ erũt morti perpe-
tuæ, et triumphabunt de eis iusti
tẽpore matutino cũ sũma gloria, ro-
bur enim impiorũ peribit, vbi ad
inferos a magnificis ædibus, quas
hic extruxerant, translati fuerint.
15 Interim de⁹ liberabit aĩam me-
am ab eo cruciatu, qui ĩpios manet
ipse eñ me recipiet ad se. Ita fiet.
16 Ne admireris, et metuas si di-
ues quis factus fuerit, et si ingens
facta fuerit gloria domus eius.
17 Quando enim morient, nihil eo-
rum auferet hinc secum, nec gloria
illa comitabitur eum.
18 Quia in hac vita beat⁹ sibi vi-
sus

sus est, et alios ad idem vitæ genus
hortat⁹ est, vt videlicet genio indul-
geas, et exẽplo eius bene cures te.
19 Ipse perueniet cum pernicie ani
mæ suæ vsq; ad patres suos, quo-
rũ impietatẽ imitatus est, quos in-
uẽturus est in densissimis tenebris
nulla vnquam luce illustrandis.
20 Miserabilis homũcio quum in
honore propter diuitias esset, nihil
intellexit, sed pecudum vitam imita
tus sese similem fecit illis.

Psalmus Asaph 50

Deus de orũ Dñs locutus

DEus iudicũ Dñs locut⁹ est
et cõuocauit oẽs qui terram
inhabitant, ab ortu solis vs
q; ad occasum.
2 Ex Sion veluti oẽs elegantiæ
quadam sũma, illustris apparuit.
3 Veniet De⁹ noster, nec perpetuo
silebit: ignis eũ vastans præcedet
ipsũ et circa ipsũ vẽto ignis ille exci-
tabitur, vt ardeat vehementius,
4 Aduocabit coelos desuper et ter-
ram, iudicaturus populũ suum.
5 Cõgregate ad me sãctulos meos
inquit Dñs, de quib⁹ tam sum meri

tus

tus bene, ꝛ qui mecū inierūt pactum
de ſacrificandi ratione.
6 Quod vbi factū fuerit, coeli palā
iuſtū eſſe dn̄m prædicabūt: eſt enim
iudex ipſe iuſtiſſim⁹. Ita res habet
7 Audi itaq; popule mi et loquar o
Iſrael, teipſū enī teſtē adhibebo, ne
gare enī nō poteris, quin deus præ
cipue aūt in te benign⁹ de⁹ ego ſim.
8 Non te reprehēdam, quod ſacrifi
ciorum mihi non obtuleris ſatis, ho
locauſtomata enim tua aſſidue co-
ram me præſto ſunt.
9 Putas ne opus mihi fore vt impe
trem a domo tua iuuencū aliquē,
aut ex caulis tuis hircos?
10 Falleris ſi hoc putas, meæ enī
innumeræ ſunt illæ feræ, quæ in-
ſyluis degunt, pecudes præterea
que errant in mille montibus.
11 Exacte noui genus omne auium,
quamuis æditiſſimis mōtib⁹ nidos
ſuos collocent, et quicquid animan-
tium vſquam in vllis campis viuit
in mea eſt poteſtate.
12 His omnibus ego in primis op⁹
nō habeo, et ſi opus haberē, et eſuri
rem

rem te non orarem vt mihi suppedi
tares hæc, orbis enim totus est me-
us, & quicquid toto orbe (quantumui
uis variũ sit) cõtinetur, meum est
13 An quisq̃ vestrũ est tam stult9,
vt putet me taurorũ carnibus victita
re, aut sanguinẽ hircorũ potitare?
14 Offer Deo quisquis illi placere
studes, animi gratitudinẽ, et facile
altissimo grata erunt qualiacunq;
fuerint sacrificia tua reliqua, quæ te
oblaturum vouisti.
15 Et si tum imploraueris auxiliũ
meũ tempore afflictiõis, sic eripiam
te e malis, vt gratias mihi magnifi-
ce habiturus sis.
16 Ad ipsũ aũt dixit Deus, qua frõ
te tu verbis enumeras cõstitutiões
meas, et pactũ meũ qd pepigi cum
sanctis vel nominare audebis tu?
17 Quũ odio habeas oẽm rectam
admonitionẽ, et abieceris v̄ba mea
post tergũ tuũ, et ex aĩo deleueris li-
cet extremis labris ea crepes,
18 Si enim furẽ vsq̃ vidisti, illi te
adiũxisti: et fieri furti particeps cu-
piebas & socius factus es illorũ, qui
 aliena

Alienas stuprare solent vxores.
19 Os tuũ assuefecisti ad maledi-
centiã et lingua tua cõcinabit dolũ.
20 Conabaris fratrem tuũ maledi
centia perdere: & filium matris tuæ
facere infamem nitebaris,
21 Hæc fecisti: et quia ego ad tem-
pus dissimulaui, putabas me simi-
lem tibi hominem stolidum, sed cas
tigabo te, et disponam ante oculos
tuos ordine flagitia tua.
22 Intelligẽ hoc tandem qđ dico,
apđ quos iñ obliuionẽ venit De⁹,
ne forte rapiam et nõ sit qui eripiat
23 Quicũqz mihi animi offert grati
tudinẽ, is me vere honorat, et recta
it ad me, cui ego ostendam foelici-
tatẽ plane diuinam, qua illũ faciam
perpetuo beatum

Psalm⁹ Dauid quũ venisset ad
eũ Nathã pheta, propterea qđ
rem habuisset cum Barsabea.

Psalmus. 51

Miserere mei De⁹ secundũ.

MIsereat te mei o Deus, pro
genuina benignitate tua,
pro immensa clemẽtia tua
dele flagitia mea

PSALMVS LI

2 Iterũ atq; iterum lauando elue
iniquitatẽ meam: et a peccato meo
purum redde me,
3 Scelera enim mea agnoui reuer-
sus ad me: et peccatũ meũ assidue
ob oculos versatur mihi.
4 In te, in solũ te peccaui, et abomi
nabile scelus hoc admisi, nõ reueri
tus cõspectũ tuũ: quare si hanc ini-
quitatẽ mihi condonaueris, et pro-
missa seruaueris perfido mihi, meri
to æquissimus iudicaberis, et in ser
uandis promissis constantissimus,
et in dãnandis illis qui resipiscere
nolunt iustissimus.
5 Profecto nõ ignoras, quantũ ad
me attinet, iniquitatẽ mihi esse ve-
luti genuinam, et matrẽ meam pec
cato obnoxiam fuisse in ipso calore
conceptionis meæ,
6 Quanq̃ ergo vitiatæ carnis im-
pulsu foedissime lapsus sum, tu fi-
dẽ tamẽ et candorẽ, qui in penetra-
lib⁹ pectoris situs est, maxime ama-
re soles, a quo nõ omnino sum alie
nus: non enim tam malitia hoc sce-
lus admisi, q̃ concupiscentia vict⁹

quare iterum occultis inspirationi
bus docere me solidam sapientiam
(sicut soles) non dedignaberis.
7 Si ergo expiaueris scelus hoc
meum hyssopo, veluti consummata
expiatione purus ero: et si elueris
maculam hanc meam, ipsa iterum
niue albior fiam.
8 Vbi exhilaraueris me gaudio et
solita lætitia, tum exultabunt ossa
mea, quæ vulneraueras tu,
9 Auerte q̄so faciē tuā a pctīs meis
et vniuersas iniq̄tates meas dele,
10 Fac purū sit cor meū intra me o
Deus, et spiritū illū stabilē renoua
in corde meo.
11 Ne destituas me solito fauore
tuo nec spiritū illum insigniter sanc
tum auferas a me.
12 Quī potiꝰ restitue mihi gaudiū
qd̄ de salute mihi per te prestāda cō
cepi, et principe illo spū muni me.
13 Hoc vbi præstiteris mihi, ego
docebo peccatores, quibus vijs per-
ueniatur ad te, et peccatis grauati
meo exemplo reuertentur ad te.
14 Libera me ab homicidio quod
commisi

commiſi Deus, o Deus author ſa-
lutis meæ, vt cũ gaudio cantet ling
ua mea inſignẽ illam iuſtitiã tuam.
15 Aperi Domine labia mea, vt os
meum prædicet laudes tuas.
16 Exťnis ſacrificijs, etiã ſi plurima
offerre coner, non placaberis, neqꝫ
hoſtia q̃ altari ĩponiť, delectaberis
17 Sed ſacrificia quib⁹ placať De
us ea ſũt, anim⁹ poenitẽtia fract⁹, et
cor dolore cõcuſſum et vulneratum,
hæc a quocunqꝫ offerẽtur tibi o De
us, deſpicere nunq̃ poteris.
18 Vtere q̃ſo ſolita benignitate tua
erga Siõ, vt extruas muros Hierťm
19 Tum grata tibi erũt ſacrificia,
que ſigna ſunt iuſtitiæ internæ, ob
latio videlicet quæuis, et holocauſ
tum tũc rite ſacrificaturi imponent
ſuper altare tuum vitulos.

Ipſius Dauid, qñ venit Doeg
Idumæus et cõmonefecit Saul
dicens, peruenit Dauid in domũ
Abimelech 52

QVid gloriaris, et multa poſ-
ſe te putas per malitiam: an
ignoras ſua clementia omni

Quid gloriaris in mal.

potentē Deū adesse bonis oī tēpore?
2 Sermonē pestilentē suppeditat
sceleratꝰ animus linguæ tuæ, quæ
simillima est nouaculæ acutæ: quū
ad resecandam barbam adhibita,
aberrat et iugulum petit.
3 Amasti malitiam magis q̄ pbi-
tatē et mendaciū magis q̄ loqui id
quod verū est. Ita res habet.
4 Amasti oīs generis īposturas,
vt illis subuertas īnoxias, et linguā
habes nil nisi fraudes edoctam.
5 Quare oīpotēs Deus subuertet
te, perdet te, extrahet te e tabernacu-
lo, et radicitus euellet te de terra vi-
uentium Ita fiet.
6 Videbunt iusti et venerabuntur
Deum: te autem cum stultis cona-
tibus tuis ridebunt
7 Dicēt eñ, ecce hic ille est vir, qui
nō beneficio Dei fortis esse cupiuit:
sed fiduciam habuit in diuitijs, et
sceleribus potentiam affectauit,
8 Ego interim similis ero oleæ vi-
renti, idq; in domo Dei, spem enim
meam posui in misericordia Dei,
quam nullo vnq̄ tēpore deponam
9 Laud

9 Laudib⁹ efferam te. quia fecisse hoc et patienter expectabo clemētiā, que respōdet ipsi nomini tuo, apud sanctos tuos gratiosissimo,

Ipsius Dauid 53

PErsuasū habet animo suo stolidus, nullum esse Deum corruperūt et abominabiles fecerunt sese, nec quisq̄ est ex omnibus qui faciat bene.

Dixit insipiēs i cor de suo

2 Deus e coelo ꝓspexit, et contemplatus est posteros Adæ, vt videat num sit prudens quispiam, qui studeat placere Deo.

3 Singuli defecerunt, vna oēs abominabiles facti sunt, nec est qui faciat bene, ne vnus quidem.

4 Ignorare ne potuerunt scelerati illi qui deuorant plebeculam meam nō aliter q̄ deuorari solet frustū panis, nō hoc licere illis, nihil ne vnq̄ de Deo legerunt?

5 Quare pauebūt etiam vbi pauore nō erit opus, Deus enim disperdit ossa illorū, qui exercitū educere conabūtur (o Christe) aduersū te: pudore afficies eos, et infamia, Deus enim

us enim spreuit eos.
6 Vtinam Domin⁹ proferat e Si-
on omnimodam illam salutẽ Isra-
eli promissam quod fiet quando
Dñs populum suũ liberabit e cap-
tiuitate, tunc exultabit serio Iacob
et lætabitur Israel.

Quũ venissent Ziphei, et dixisset
Saul, nõne Dauid occultat sese,
et latibula habet apud nos?

Dauid 54

Deus in nõine tuo saluũ me fac

DEus p maiestate nominis
tui serua me, et quum pote-
statem abunde habeas, vl-
ciscere iniuriam illatam mihi.
2 Deus audi precationem meam,
aures præbe verbis oris meis.
3 Quia etiam alienigenæ insur-
rexeunt aduersum me, et homines
sæui magno studio conati sunt per
dere me: non habita vlla ratiõe tui
o Deus. Ita res habet,
4 Verũ quia Deus auxilio est mi-
hi, et Dominus e numero est eorũ,
qui tutantur animam meam
5 Ipse retorq̃bit malũ qđ mihi pa
rãt, in eos ipsos, qui iniuria afficiũt
me:

PSALMVS LV

me: ergo pro bona queso fide tua in
seruandis promissis, subuerte illos
6 Liberaliter sacrificia offeram ti-
bi, laudib⁹ efferam nomē tuū Dñe,
bonum est enim et gratiosum
7 Eripuit enī me ex omni angustia
ꝛ eius beneficio vidit oculus meus,
qualia quisq; vellet in capitalibus
inimicis suis. Ipsius Dauid, 55

AVres præbe o Deus præca-
tiōi meæ, et ne auerseris quæ-
so preces meas.

Exaudi Deus orationē meam.

2 Accōmoda te mihi, et exaudi me,
turbatus sum enim: et præ dolore
moueo me nunc huc, nunc illuc, et
inter orandum conturbor,
3 Propter minas inimci, et sæui-
tiam impij qui īpingere mihi cona-
bantur iniquitatem, et irati insur-
gere aduersum me.
4 Cor meū trepidauit ītra me, ꝛ ter-
riculamēta mortis corripuerūt me.
5 Timor et tremor inuaserunt me,
et circundedit me vndiq; pauor.
6 Quare dixi apud me, vtinā dent
mihi alæ sicut datæ sunt colūbæ:
vt auolare mihi liceat, et aliū in lo-
cum

cum commigrare tutiorem.
7 Certe procul hinc aufugerē, et in
locis penit⁹ desertis habitarē poti⁹
q̃ inter hos ĩpios. Ita res habet.
8 Festinarē fuga saluti meæ cōsu-
lere, et subducere me a periculo ven
ti vehementis, et tempestatis.
9 Perde Dñe et finde linguas eoꝝ
scelere enim et seditione plenam of-
fendi ciuitatem illam
10 Die ac nocte cingent hæc ciuita-
tem illam, nō aliter q̃ moenia ipsa
ciuitatem solent: iniquitas et op-
pressio regnant in illa.
11 Nullū sceleris genus nō regnat
in medio ciuitatis illi⁹, nec vlla pla-
tea ab ĩpostura et dolo ĩmunis est.
12 Nō enī ex professo inimic⁹ ꝓbro
affecit me, tolerabile esset illud: neq;
palam hostis erexit sese aduersum
me, cui⁹ vitare potuissem cōsortiū.
13 Sed tu homo quē præfeci reb⁹
meis, qui et veluti dux fuisti mihi, ⁊
arctissima familiaritate cōiunctus.
14 Mutuo enim et suauiter secreta
nostra cōmunicauim⁹, et in domo
Dei versati sumus concorditer.
15 Infer

15 Inferet Deus mortẽ de improui
so illis, descendẽt ad inferos viui, re
gnant enim nequitiæ in tabernacu-
lis illorũ, imo in ipsis penetralibus
cordium illorum.
16 Ego vero cõtra horum insidias
Dei auxiliũ implorabo, nec Dñs de-
dignabitur succurrere mihi.
17 Vespere, mane, et ipso meridie
precabor, et solicitus ero quoad vo-
cem meam audierit.
18 Restituet pacẽ animæ meæ, & li
berabit eam a preliantibus contra
me, quamuis plurimi sint, qui vndi
qꝫ oppugnant me.
19 Audiet De⁹, et suppliciũ de illis
sumet is, qui minis illorũ nihil cõmo
uetur, sed sedet tranquillus et immu
tatus perpetuo. Ita res habet,
illi interim dignissimi sunt, qui pere
ant, nunquã eñ sceleratũ vitæ gen⁹
mutabũt, nec Deũ reuerebũt vnquã.
20 Iniecit manũ violẽtam in eũ, cũ
quo pacẽ simulauerat, amicitiæ vin
culo turpiter rupto.
21 Blandi⁹ fecit quisqꝫ eorũ os suũ
lacte, quum tamẽ præliũ institue

rent in animo: gratiosiores visi sũt sermones eorum quouis vnguẽto, quum re ipsa essent gladij.

22 Reijce in Dñm sarcinam tuam nec dubita quin ipse perfectur⁹ tibi sit oĩa: qui nunq̃ sinet obrui iustũ

23 Tu interim dñe præcipitabis illos in puteũ interit⁹: viri enim sanguinarij et fraudulẽti nõ perueniẽt ad dimidiũ vitæ: quare ego spem meam omnem collocabo in te.

24 Præfecto musices, de columba muta, quæ procul auolauerat, Ipsius David Michtan, quo tempore cõprehenderunt ipsum Philistæi in Gath. Psalmus. 56.

Miserere mei De⁹, quoniam

MIserere mei De⁹. cõculcare enim conat⁹ est me homo, qui assidue oppugnans vehementer affligit me.

2 Conculcare conantur me hostes mei omni tempore, qui et plurimi sunt, et animo hostili persequuntur me o altissime.

3 Quocunq; tẽpore timor inuaserit me ego ad te cõfugiam, nihil dubitans quĩ liberatur⁹ sis me a malis,

4 Fretus

4 Fretus benignitate Dei, boni cō-
sulam quicquid ab illo immittit mi-
hi, in Deo posui fiduciam meam:
quare non timebo quicquid moliat
aduersum me caro.
5 Ipsi assidue quicquid vel dicerem
vel facerē, calūniabantur, studebant
modis omnibus nocere mihi,
6 Cōspirabant et insidiabant ipsi:
et vestigia mea obseruabāt, studio-
se hoc agētes, vt capiāt aīam meam
7 Erit ne hæc iniquitas impunita
illis? nequaꝙ Sed veluti iratus
(quamuis tam sunt multi, vt po-
pulos æquare numero possent)
præcipitabit eos Deus.
8 Quam sæpe fugere cōpuls⁹ fuerī,
tu diligēter numerasti, colige quæ-
so lachrymas meas, et infunde in
vtrē tuū, vt videas ꝙ sunt multæ
imo in libro rationū tuaꝝ scribe eas
9 Tandem in fugam conuertentur
inimici mei: quocunqꝫ tēpore implo-
rauero auxilium, futurum scio vt De⁹
assit mihi.
10 Quare fret⁹ benignitate Dei, bo-
ni consulam quicquid accidat mihi:

fretꝰ inquā̃ benignitate Dñi, æquo
aĩo feram quicquid eueniat mihi,
11 Deo totũ me cõcredidi, quare nõ
metuam quicquid moliatur aduer-
ſum me homo.
12 Cõſtitui apud me o Deꝰ ſacrifi-
cia q̄ vouerā̃ offerre tibi, q̄ ſic perſol-
uā̃ vt accepta referā̃ mea oĩa tibi.
13 Eripuiſti enim me e faucibus
mortis certo certiꝰ, pedes meos tu cõ
tinuiſti, ne laberent, et vires ſuppe
ditaſti. vt poſſim ambulare coram
te mi Deus, illuſtratus lumine quo
ſolent qui viuũt perpetuo.

Præfecto muſices ne perdas,
David Michtam, quo tẽpore fu
giebat metu Saulis in ſpelun-
cam Pſalmns. 57

Miſerere mei deus, miſer ere mei.

MIſerere mei Deus, miſere-
re mei, de te enim pẽdet ani
ma mea, ꝓtegar queſo ſub
vmbra alarũ tuarũ, quoad præte-
terit ſcelerum colluuies.
2 Implorabo auxilium Dei altiſſi-
mi Dei illius qui perficiet quæ coe
pit in me.
3 Demiſit e ſũmo coelo, qui eripiat
me:

me: et infamem faciat eum, qui con
culcare conatur me. Ita fiet, de-
mittet inquam Deus pro benignita-
te et fide ſua aliquem ex alto, qui-
liberet me.
4 Verſari cogor inter leones potiꝰ
q̃ homines, et dormire inter furio-
ſos, et homines quorũ dentes ſimi-
les ſunt lanceis et ſagittis, et lingua
gladio acuto.
5 Conſpicuus appare e coelo Deꝰ.
et per vniuerſam terram appareat
quanta ſit maieſtas tua.
6 Rete expanderũt pedibus meis,
tãtũ nõ irretitꝰ fui illo, foderũt foue-
am in via per quam iturus eram,
ſed ipſi corruerunt in eandẽ illam,
quam foderant in perniciẽ meam,
Ita factum eſt.
7 Optime animatus ſum Deꝰ, op-
time inquam animatus ſum, quare
et voce cantabo, et muſicis inſtru-
mentis pſalmos modulabor.
8 Expergiſcere o anima mea, exper-
giſcere, et profer te nablum et cytha-
ra, vt modulatiõe ſuaui vel ipſam
excitem auroram.

9 Palam gratias agã tibi in frequẽ
tia populi Dñe. cantabo laudes
tuas, etiam apud hominũ variarũ
nationũ multitudinẽ maximam.
10 Tam enĩ grandis mĩa tua, vt
ad coelos vsq; pertingat, et maior
sit q̃ distantia hinc ad nubes tua in
seruandis promissis constantia.
11 Cõspicuus appare e coelo De⁹, ꝛ
per vniuersam terram fac appareat
quanta sit maiestas tua,

Ipsius Dauid, 58.

Si vere vtiq; iustitiam.

ETa ne res habet, vt vos qui
b⁹ prouincia iudicandi recte
mandata est, iusticiam lo-
quamini, et quæ iusta sunt iudice-
tis vos posteri Adæ?
2 Nihil ꝑfecto facitis min⁹, quũ sce
lera aĩo struatis potestatẽ nacti in
terra, quamuis iniquitatẽ manus
vestræ pro æquitate venditẽt, tanq̃
iusta statera vos omnia expẽdatis.
3 Aberrauerũt, ab eo qđ rectũ est,
impij a tẽpore quo primũ æditi fue-
runt in lucẽ, errare coeperunt, ab vte
ro matris loquentes fucata,
4 Venenum eorũ simile est veneno

ser

ſerpẽtis, et callidiſſimæ aſpidis vl-
tro obſurdeſcẽtis et obturantis au-
rẽ ſuam.
5 Vt non cogatur audire vocẽ eorũ
qui murmure ſuaui fallere illam co-
nantur, etiam ſi incantandi artibus
ſint inſtructiſſimi.
6 Deus cõminue dentes eorũ intra
os eorum, dẽtes molares eorum qui
bus leonum catulis ſimiles ſunt, con
fringe Domine.
7 Diffluant ſicut aquæ natura la-
biles, ſagittæ quas iaculantur inter-
volandum confringantur.
8 Similes fiant limaci, qui inter re
pendũ colliqueſcit, et abortiuo, vel
talpæ, quæ non videt ſolem.
9 Priusꝙ creſcẽt ſpinæ veſtræ o
impij in rhãnũ, in flore ætatis velu-
ti iratus Dñs ſubuertet eũ, qui du-
eſt veſter vna vobiſcum.
10 Gaudebit iuſtꝰ vbi viderit vin-
dictam, pedes ſuos madefaciet ſang
uine impij.
11 Et dicet quiſꝗs viderit, vtiqꝫ fruc
tum afferet iuſto iuſtitia ſua, vtiqꝫ
ē Deꝰ iudex eorũ, quæ fiũt in terra

Præfecto musices, ne perdas, da
uid Michtã, quũ misisset Saul,
qui obseruarẽt domũ ei⁹, vt oc
ciderent eum, 59,

Eripe me de inimicis meis.

LIbera me ab inimicis meis
mi Deus et cõtra illos, qui in
surgunt aduersum me, defen
de quæso me,
2 Libera me ab hoĩbus scelera
tis, et cõtra sanguinarios tutare me
3 Ea enim est illorũ hominũ impro
bitas, vt mihi insonti insidias strure
rint, et cõspirauerint aduersũ me fe
roces, quos ego nũquã vlla affeci iniu
ria, nec peccati quicquã in eos admisi,
4 Quãuis nulla re læsi sint a me,
tamen currũt vt noceant mihi, et sũ
mo studio conantur perdere me, ex
urge Dñe in occursum mihi, et vide
horum insaniam.
5 Tu ergo Dñe quũ Deus sis, & im
periũ habeas in omnes exercitus, et
Deus sis populi Israelitici, exurge
vt visites vniuersas gentes, nec mi
sereat te eorum, qui sunt in malitia
obdurati, Ita fiat,
6 Reuertent ad vesperam, oblatra
bunt

būt tāq̄ canes, et ciuitatē circuibūt,
7 Res mira profecto, ore et labijs
suis gladios loquuntur, nec tamen
quēquam esse putant qui audiat,
8 Sed tu Dñe ridebis conatus eo-
rū, et subsanabis cōsilia gētiū oīm.
9 Viribꝰ illiꝰ aduersarij mei ego te
opponā, qui protector meꝰ es Deꝰ.
10 Deus pro sua benignitate muni
et me, priusquam illi insultū facere
possint in me: et ostendet mihi in
hostibus meis, qualia videre vellet
quisquam in suis.
11 Ne occideris subito eos Dñe, ne
penitus in obliuionen veniat hæc
vltio tua populo meo: sed vagari
coge illos de loco ad locū, fortitudi-
ne tua prosterne illos tu, qui fortitu
do es nostra Domine,
12 Peccatū oris illorū, ꝛ sermo labio
rum illorū merētur. vt ipsi illis eis-
dem fastuosis verbis capiant, ab-
ominationes enim et mendacia cre
pabunt assidue.
13 Finē impone iratꝰ execrationibꝰ
illorū, sic finē impone: vt nullæ sint
amplius reliquiæ, et sciant tandē de

eum esse, qui imperiū habeat in Ja-
cob, cuius posteri nō angustis (quē-
admodū solēt) limitibꝰ cōtinētur, sed
omnes angulos terræ compleuerūt
Ita res habet.
14 Cōuertētur sub vesperā, latrabūt
tanq̄ canes, et circuibūt ciuitatem.
15 Ipsi discurrent de loco ad locū
vt cōparēt victū sibi: ⁊ quia nō fame
lici inueniēt quo saturētur, cubabūt
16 Ego vero cantabo fortitudinem
tuam cū exultatione, sūmo mane cā-
tabo benignitatē tuā: fuisti enī ꝓtec
tio mihi, et refugiū quo tēpore peri-
clitabar inter hostes meos
17 Quicquid in me est roboris, tibi
cantando acceptū ferā: tu enī o Deꝰ
ꝓtectio mea es: et tu Deꝰ autor mi-
hi es eius boni, quod in me est.

Quū bellū gereret cū Mesopo
tamiā incolētibꝰ Syrijs, et cū
ijs q̄ Zabā inhabitant, quo tē-
pore reuersꝰ Joab percusserat
ex Idumæorum exercitu in valle
Melech. duodecim millia. 60.

Deꝰ repulisti nos ⁊ de.

DEus qui auxilio tuo destitue-
ras nos, et disperseras nos
propter

propterea q iratus fueras nobis nūc
tandem ira deposita redi ad nos.
2 Cōmouisti grauiter terram, et ve
luti hiare fecisti eam: refice nūc tan-
dem fissuras illius, vacillat enim.
3 Exhibuisti populo tuo spectacula
durissima, potasti nos vino, non
quod bibentes exhilaret, sed moestis
simos faciat.
4 Dabis ijs qui reuerent te vexil-
lum vt erigant illud contra hostes
suos: et viso eo in fugam cōuertant
hoc enim facturum te pollicitus es.

Ita res habet.

5 Vt eripiant e periculis amici tui
tu dextera tua victoriam adfer, et re
sponde votis nostris.
6 Deus promisit per spūm sanctū
suū hæc se facturū, quare ego serio
exultabo diuisurus enim sum pro
meo arbitatu Seechem. et vallem
Succoth tanq̄ meam dimetiar.
7 Ad me pertinebit Galaad, meus &
Manasses, Ephraī fortitudo capi-
tis mei, Juda a cōsilijs et dux meus.
8 Moab olla ablutiōis mihi, vsq;
in Idumæam pferam calceū meum
et fera

et seruituti subijciam, Philistæa si
sapis ambi amcitiam meam.
9 Quis perducet me vsq; in ciuita-
tem munitam? quis me perducet vs
que in Idumæam?
10 Nonne tu deus qui auxilio tuo
lõgo nos tẽpore destitueras? nõne
tu deus nunc egredieris in prelium
nobiscũ, et dux eris exercituũ nostro.
11 Tu robur tribue nobis ad pellẽ-
da pericula: vana est enim salus,
quæ expectatur ab homine.
12 Auxilio dei designabim⁹ fortia,
et ipse conculcabit vniuersos, qui
opprimere conabuntur nos,

Exaudi De⁹ deprecationem.

Ipsius Dauid. 61,

AVdi deus clamorem meum,
præbe aurem tuam precatio
ni meæ.
2 E terra quæ longissimo tractu a
cælo dissidet, ad te clamabo: et in an
xietate animi constitutus orabo, vt
veluti in rupem, ad quam viribus
meis pertingere non potero, perdu-
cas me.
3 Tu enĩ sẽper spes mea fuisti, et in
star turris munitissime, cõtra hostẽ
4 Qua-

4 Quare et habitabo in taberna-
culo tuo sæculis infinitis, et tut⁹ ero
sub vmbra alarũ tuarum, Ita fiet.
5 Tu enim de⁹ exaudisti vota mea
et dedisti oĩa, quibus opus habent
ĩj qui colunt nomen tuum.
6 Annos addes annis regis, qua-
re anni vitæ illius erunt, non qua-
les esse solent reliquorum hominũ,
sed generationum infinitarum.
7 Vt securus sedeat rex ille perpe-
tuo in cõspectu dei, benignitatem et
stabilitatẽ para illi, vt ea seruẽt illũ
8 Sic fiet vt cantẽ nomen tuũ per-
petuo, et quæ voueram vota persol
uã assidue. Psalmus Dauid. 62.

MErito deũ patienter expec-
tat anima mea, ab ipso enĩ
prouenit salus mihi. Nõne deo subiecta.
2 Ipse enim est instar rupis mihi,
salus mea, firmamentum meum :
quare nunq̃ inquietabor multum,
3 Quousq; hoĩes insani perdere co
nabimini eum, qui charus est deo ?
ignari ꝙ ipsi mox subuertemini, qui
iam nũc similes estis parieti ruinã
minãti, et sepi tantũ nõ colapsæ,
4 Caussa

4 Caussa certe odij in virũ illũ ea
fuit precipua, q videbant illũ auxi-
lio dei crescere, hoc vt impedirẽt stul-
ti, inito consilio sane ridiculo, sub-
vertere illum conabantur, et quasi
falli posset Deus, ore suo blandiebã-
tur illi, quum animo vellẽt pessime.
5 Verũ tu deum patienter expecta o
aĩa mea, ipse enim tutabit te cõtra
hoꝝ insidias, et salutem quã expec-
tas, adferet tibi.
6 Certo enim certius ipse est mihi
instar rupis inaccesse hostibus me-
is, salus mea, firmamẽtũ meũ, qua-
re nuquam loco meo mouebor.
7 In deo est salus mea, gloria mea
rupes fortissima ipse ẽ mihi, et spes
mea sita est in eo.
8 Fidite illi oĩ tẽpore quicquid acci-
derit vobis, et quotquot vsquam es-
tis populi effũdite corda vestra, et
omnia cõsilia veluti in sinũ illius:
qđ si feceritis, sentietis deũ nobis oĩ-
b⁹ adfuturũ, et tutaturũ nos cõtra
oĩm insidias. Ita res habet.
9 videte ne spẽ vestrã in vllo hoĩe
ponatis: sunt enim ipsissima vani-

tate

tate vaniores tam plebei q̃ pꝛĩcipes
qs palam fieret, si apprehēderet in
bilance cū ipsa vanitate: plus enim
ponderis inesse deprehenderetur va
nitati ipsi, q̃ omnibus illis in altum
tanq̃ re leuissima sublatis
10 Quare fidere nolite opibus rapi
na partis, neq; ob vires, quibus nūc
alijs fortiores videmini, ad stultiti-
am vsq; vobis placueritis: quin po
tius diuitiæ absq; iniustitia partæ
si copiose adfuerint, nolite vos aio
illis affigere.
11 Vnum quiddam locut⁹ est Deus
sed sæpenūero illud audiui solū deū
esse qui possit oīa, et te dn̄m natura
esse clemētissimū: quare et malos ma
le perdere potes, et tuos ꝑ tua clemē
tia perpetuo facere felices.

Psalmus Dauid quū esset ipse
in deserto Judææ. 63.

DEus, potentissimu⁹ mihi de De⁹ De
us es tu, quare summo stu- me⁹ ad te
dio mane quæram te: sitiuit
enim anima mea, desiderauit te ca-
ro mea in terra hac deserta et
propter inopiam aquæ, perpe
tuæ

tuæ siccitatis damnata.
2 Non aliter q̃ terra hæc aquã de-
syderat, ego te in loco sanctitati tuæ
destinato videre cupiui, et contem-
plari potẽtiam et maiestatem tuam
3 Melior est enim benignitas, qua
tuos prosequeris, ipsa hac corporis
vita, quare labia mea nunquam de-
sinent laudare te.
4 Sic mihi erit mos agendi gratias
tibi, vt cum veneratione nominis
tui ad omnia, quæ facturus sũ ma-
nus admoueam.
5 Non aliter q̃ si adipe et pingue-
dine veluti delicatissimis cibis, tum
saginabitur anima mea, quum labi
is exultatione plenissimis laudes tu
as decantabit os meum.
6 Quotiescũq; memor factus fuero
tui, etiam in lecto, quacunq; noctis
vigilia, animo cum gratiarũ actione
te voluam et reuoluam.
7 Fuisti enĩ auxilio sæpissime mi-
hi quare veluti vmbra alarũ tuarũ
cõtectus, securus posthac exultabo.
8 Quũ cuperet adhærere, et non di
uelli abs te anima mea, tu apprehẽ-
disti

disti me manu tua, et iũxisti me tibi
9 Illi aũt aduersarĳ mei perdere
student me, verũ ipsi citius in infi-
ma terræ loca retrudentur.
10 Vbi enim qui dux fuit illorũ pro
scindent acie gladĳ, dabũtur in pre
dam sanguinarĳs feris.
11 Ipse autem rex serio gaudebit se
Deũ habere propitium, gloriabitur
quisquis iurauerit in verba illius :
obturabitur vero os illorum, qui
iactant inania.

Psalmus Dauid, 64.

AVdi deus vocem commemo
rationis calamitatũ mearũ,
vt contra minas, quib⁹ hos
tis terret me, tuearis vitam meam.
2 Absconde me a multitudine pra-
uorum, secreto consultantiũ aduersum
me, et a cõspiratione sceleratorum.
3 Qui exacuerũt nõ alit, q̃ exacui
solẽt gladĳ linguas suas: sagittis, q̃
bus hostes capitales peti solent, si-
milis fact⁹ est virulẽt⁹ sermo illorum,
4 Vt eo petant ex insidĳs insontẽ
de improuiso iaculis suis petẽt eum
nec metuent futurum, vt quisquam

Exaudi de⁹ orationem meam.

resciscat hæc et vindicet.
5 Aĩo obfirmato constituerũt inter
se rem perpetrare execrabilem, post
multa vltro citroq; habita verba,
abscondere decreuerunt laqueos ea
arte, vt neminẽ fraudẽ illam depre
hensurum sibi persuaserint.
6 Excogitauerunt varios nocẽdi
modos: absoluerũt cõsilia sua, et in
vnũ cõtulerũt q̃equid vlla diligẽtia
excogitari potuit ab aĩo hũano eti-
am summa prudentia prædito.
7 Verũ hæc oĩa aduersus deũ nihil
faciũt: quin potius ille iaculabit in
eos sagittas de improuiso: varijs
vulneribus conficiet eos.
8 Et exprobrauerũt hæc videntes
eandẽ eis illam linguã virulẽtam q̃
ipsi in alios exacuerũt: attoniti facti
sunt, propter subitũ illorũ casum,
quotquot aderant spectatores.
9 Admirabũt quicũq; videbũt, et
cõmemorabũt opus hoc Dei alijs,
qui et alia eius opera hoc exẽplo doc
ti maiore prudentia expendent.
10 Gaudebit iustus q̃ propitium
habeat dñm, securus enĩ erit protec
tione

lione illius, et gloriabuntur quot-
quot candido sunt pectore.

Psalmus Dauid. 65.

Te manet laus, qui Deꝰ es in Sion, et tibi persoluet votū

Te decet hymnus deus

2 Propterea q̄ tu audis pre
ces supplicū: ad te oīs generis hoīes
q̄tumuis carnales, confluent.
3 Grauissimæ iniquitates nostræ
superauerūt vires cuiusq; nostrū:
quare pro peccatis nostris vt ipse
tu satisfacias necesse est.
4 Felix modis oībus ille, quē tu ele
geris, et tibi propinquū feceris: ha-
bitabit enī ille in atrijs tuis, et nos
vna perfruemur elegantia domus
tuæ et sanctimonia regij palatij tui
5 Dictu mirabile, cū simus peccato
res, tanq̄ iustos exaudies nos deꝰ,
author salutis nostræ, qui spes om
nium finium es terræ, et maris ex-
tremas oras incolētium.
6 Deꝰ est, qui sua propria potētia
stabiles facit montes, qui omni ex
parte cinctus est robore, et modis
omnibus omnipotens.
7 Qui quoties vult compescit tem-

pestatẽ, qua exagitãt maria, et qua
sese attollũt vasti fluct⁹ illorꝫ et tu
multũ quantũuis multorũ populo
rum ipse sedat quum vult.
8 Cũ veneratione timebunt, quot-
quot habitant vllis in angulis ter-
ræ a signis tuis cælestib⁹, et illorum
matutino exortu, et vespertino occa-
su exhilarabis eos.
9 Inuisisti ipsam terram, ⁊ irrigas-
ti eam, et variis modis ditasti eam,
diuersa enim illa flumina benigni
tate tua o Deus plena erunt aquis,
et curabis vt copiose proueniat e ter
ra pabulum illis, qui degunt in ea,
vber enim terræ prouentus propri⁹
est ornatus eius.
10 Quare sulcos ei⁹ huecta, et gle-
bas ei⁹ occa, ĩbrib⁹ mollẽ redde eam
11 Tanquam corona exornasti an-
num pro benignitate tua, quacunq;
iueris, apparebunt in vestigiis tuis
signa fertillitatis maximæ: quin et
habitacula deserti vbertate perfru-
entur, et colles lætissimo gramine ex
ornabis,.
12 Vestient gramine pascua gregẽ
et valles

et valles abundantes frumēto exhi-
larabunt sese, et cantillabunt,

Psalmus. 66.

Jubilate Deo omnis terra.

Lætitiæ signa ædite in honorē
dei, quoquot terrā incolitis.
Cantate maiestatē nominis
eius, palam facite q̄ sit magnifica
dignus laude.
3 Dicite de deo, qui suspiciendus es
ꝓpter opera tua: magnitudine potē
tiæ tuæ mendaces palam deprehē-
dent fuisse in te hostes, qui diuinita
tem non tribuebant tibi.
4 Vniuersa terra adorabit te, et
psalmos cantabit in laudē tuam,
carminibꝰ celebre faciet nomē tuum
Ita fiet.
5 Venite consyderate opera dei, et
perpendite, quam admirando consi
lio genus humanum gubernet.
6 Fecit enī vbi paulo ante fuerat
ingēs mare, ibi terram nunc extare
aridam, et vbi ingens antea fluuius
fuerat, vt ibi continuo post siccis
licuerit transire pedibus, quæ res in
credibili nobis, iu quorum gratiam
id fecerat, gaudio fuit, et in amorem

illius nos accendit.
7 imperiũ habet non ab alio, sed a
se, in totũ orbẽ: oculi eius diligẽter
obseruant, quæ fiũt in singulis na-
tionibus, desertores dei non exalta-
bũtur, quamuis diuersum ipsi sibi
persuaserint. Ita res habet.
8 Extollite laudibꝰ quotquot estis
populi Deum hunc nostrum, et faci
te vt ad quamplurimos perueniant
preconia laudum eius.
9 Qui conseruauit nos in vita, nec
permisit vacillare pedes nostros.
10 Quamuis probaueris nos deꝰ,
et examianaueris nos, quomodo ar
gentũ igne examinari solet.
11 Et induxeris nos in laqueum, im
miseris afflictionẽ, et molestiam in
lumbos nostros.
12 Et inuexeris nihili hominem in
caput nostrũ, et peruenerimus vsq;
in ignẽ, & in aquam: tandẽ tamẽ ex
omnibꝰ his eripuisti nos, et perdux
isti nos in locũ, vbi omniũ rerũ co-
pia est summa.
13 Quare ingrediar domũ tuam, cũ
holocaustomatis, persoluã tibi quæ
voue-

uoueram, quum in malis uersarer.
14 Quæ distincte promisi labijs
meis et quæ locutus sum ore meo,
quo tempore male erat mihi.
15 Holocausta pinguiū offeram ti-
bi: et cū suffitu arietes, boues mac-
tabo cum hircis.
16 Venite et audite, ut narrē cunc-
tis qui timent Deū, quanta fecerit
animæ meæ.
17 Ad ipsum ore meo clamaui, et cō
tinuo animus meus eius benficio re
spondens, laudibus extulit illum.
18 Iniquitatis si sibi animus meus
cōsci⁹ fuerit, nō audiet me Domin⁹.
19 Certe audiuit me Deus: et au-
res præbuit precationi meæ.
20 Omni laude maior est De⁹, qui
non reiecit precationem meam, nec
benignitate sua destituit me,

Psalmus. 67,

DEus miserebitur nostri, et
benefaciet nobis: palam lu-
cere faciet fauorē uultis sui
erga nos. Ita fiet.
2 Vt cognoscamus uiam, qua itur
ad te Deus: beneficiū uidelicet illud

Deus misereatur nostri et benedi- cat nobis

redemptiõis, quod impendisti vni-
uersis gentibus.
3 Accepta tibi referẽt omnia sua po
puli Deus: accepta referent tibi sua
populi vniuersi.
4 Gaudebũt et lætabũtur populi
propterea ꝙ tu iudex eris eorum
æquissim⁹, et oĩm qui in terra degũt
tu te ducem præbebis. Ita fiet.
5 Accepta tibi referẽt omnia sua
populi Deus: accepta referent tibi
sua populi vniuersi.
6 Terra protulit frumẽtũ suum, et
bñdicet nobis amplius adhuc De⁹
Deus ille omnium nostrum.
7 Sic benedicet nobis Deus, vt exẽ
plo nostro inuitati, religiose illũ cul-
turi sint vniuersi anguli terræ.

Psalmus Dauid. 68.

Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius.

VBi exurrexerit Deus, subito
dissipabuntur hostes illius,
et in fugam conuertentur,
qui odio habuerunt illum, ad solum
conspectum illius
2 Sicut sine negocio dispergitur a
vento fum⁹, ita disperges illos tu, et
sicut liquefit cæra igni adhibita, sic
peri-

peribunt impij aduentante Deo.
3 Econtrario gaudebunt iusti, et se
rio exultabunt.
4 Cantate deū, et psallite in hono-
rem nominis illiꝰ, extollite illū, qui
pro vehicullo vtitur nubibus, cui
proprium nomen seruator Deus,
quare exultate recepti in gratiā illiꝰ.
5 Pater enim est pupillorū, et iudex
viduarum, etiam si sit in coelo ha-
bitaculo sanctitatis suæ, et longe vi
deatur dissitus a nobis.
6 Deus facit, vt qui paulo antefue-
rant soli sine liberis, nunc habeant
domū familia plenissimam, in liber
tatem asserit, qui vincti fuerant com
pedibus ferreis, desertores interim
Dei in locis aridis habitabunt rerū
omnium inopia laborantes.
7 Deꝰ quū tu præires populo tuo
et graderis per solitudinem.
Quod certo certius factum est,
8 Terra cōmota est, coeli sudauerūt
propter præsētiam maiestatis tuæ
o Deus, quin et hic Synai cōtremu
it propter præsentē maiestatem tu-
am o Deus, Deꝰ inquam Israelis.

9 Pluuiam copioſiſſimã effundes
o deus, et hæreditatem tuam licet
afflictam, tu ſtabilies.
10 Multitudo tuorũ requieſcet in
loco, quem tu deſignabis ei, ſuppe-
tias feres pro benignitate tua pau-
peri Deus.
11 Dñs ſuppeditabit efficacem ſer-
monem annunciatricibus potentiæ
illius admirabilis et maximæ,
12 Reges potentiſſimi fugient, fu-
giẽt inquam, et fideles domeſtici di-
uidẽt ſpolium.
13 Si huc vſqꝫ inter fuligine obduc
tas ollas iacuiſtis, et tam atri ꝙ car
bo facti eſtis: eritis poſt hac tam cã
didi, quam alæ alicuius colũbæ,
etiam ſi argento exornata fuerit, et
pẽnæ illius eleganter admixtũ habe
ant auri pallorem.
14 Quũ diſtribueris o omnipotẽs
per varias prouincias, qui regant
eam, tum candidiorẽ reddes eam ni
ue, quæ hucuſqꝫ ꝟſata eſt ĩ obſcuro.
15 Mõs Dei, mõs Baſan, mõs eſt
in varia aſſurgẽs iuga mõs Baſan.
16 Quare inuidetis reliqui quantũ
uis

nis cliuosi mõtes mõti huic, quẽ ele-
git Deus, vt inhabitet eũ: profecto
Dominus hunc montem inhabita-
bit perpetuo.
17 Equitat⁹ Dei cẽtenorũ est miliũ
habet & angelorũ milia, quibus co-
mitat⁹ nunc huic monti adest Dñs,
sicut olim Synai cũ sanctimonia.
18 Ascendisti in altũ, asseruisti eos
tibi, qui olim a diabolo captiui deti
nebantur, acquisiuisti varia dona
posteris Adæ: quin et rebelles plu-
rimos, et Dei penitus ignaros in
gratiam recepisti, vt vere dici nunc
possit, habitare inter homines te ser
uatorem Deum.
19 Quare dign⁹ est qui laudib⁹ ex-
tollatᵉ dñs absq; vlla intermissiõe, q̃
tam est in nos benefic⁹, vt onerare
nos videri merito possit, oĩpotens il
le de⁹, bñficijs suis, Ita res habet.
20 Oĩpotens ille deus nobis quos
elegit, deus est oĩmodæ salutis au-
thor in potestate enim Dñi est, quẽ-
cunq; voluerit a morte eripere.
21 Proculdubio de⁹ vulnerabit ca-
put inimicoꝝ suorum, findet caput
ei⁹

ei⁹ qui perdurat in peccatis suis ob
stinatus.
22 Dixit de⁹: expellã ex Basan hos-
tes meos, extrahã eos ex ĩsulis quas
occupant in ꝓfundiss: maris sitas.
23 Sic pellam eos illinc, vt pes tu⁹
cõspergat sanguine illoꝝ, et lingua
canũ tuoꝝ sanguinẽ inimicorũ lam-
bat ab ipso Domino interfectorũ.
24 Viderũt pĳ hos success⁹, et agno
uerunt eos esse abs te: successus in-
quam illos esse agnouerũt abs te,
qui Deus meus es, ⁊ rex me⁹ insigni
sanctimonia præditus.
25 Præcesserũt quũ gratiæ tibi pro
victoria agerent, hi qui voce canũt:
hos cõtinuo sequebant, qui instru-
mẽtis ludebant musicis, cingebant
aũt eos vndiq; puellæ timpana pul
26 In frequẽtia hominũ (sãtes.
laudibus extulerunt Deum, Dñm
laudauerũt posteri Jacob, qui ema-
nauerunt veluti e fonte Jsraelis.
27 Ibi beniamin paruulus sopore
corripit, principes Juda ornamentũ
illorũ, principes Zabulõ, et prĩcipes
Naphthalim.

PSAL LXVIII

28 Cōstituit deus tuus robur adde
re tibi quare perge quæsum⁹ cōfir
mare hoc de⁹,quod coepisti ī nobis
29 Aliter longe et mangnificēti⁹ q̄
olim in tēplo Hierosolymitano,offe
rent tibi munera reges.
30 Vasta multitudinē lācea arma
tam,et turbam eorū,qui robustio
res habent inter potentū filios qui
et vitulorū more lasciuiunt donec
facti suplices tributa tibi pendere cu
piant,fundit⁹ autē perde populos.
qui bella desiderant,
31 Venient vltro optimates ex Aegi
pto,Aethiopia festinabit porrigere
manus suas Deo,et foedus inire cu
pient cum eo.
32 Regna vniuersa terræ cantate
deū,et q̄ sit Dn̄s omni laude dign⁹,
carminibus testamini. Ita fiat.
33 Dn̄s qui coelis coeloꝝ a tēpore,
quo cōdite sūt, veluti pro vehiculo
vtit: ille tribuet voci suæ vocē forti
tudinis,et verbis suis addet pōdus
34 Tribuite fortitudinem Deo : in
Israel enim apparet: quanti faciēs
dus sit,ꝛ potētiā illi⁹ testant nubes

35 Admi

35 Admiratione dignus es o deus,
ꝓpter hanc habitationũ tuarũ mu
tationẽ: deus Israelis ille retribuet
robur, et vires populo, quare nunq̃
laudari satis poterit Deus.

David. 69.

Saluum me fac Domine,

SErua me Deus quia peruene
runt vndæ malorum vsq; ad
animam meam.
2 Demersus sum in lutum quod fũ
do penitus caret, et decidi in profun
dissimas aquas, tempestas enĩ subi
to exorta fluctib⁹ suis inuoluit me.
3 Defatigat⁹ sũ clamando, exaruit
gutt̃ meũ, destituerunt me oculi mei
dum expecto aduẽtũ illius Dei: cui⁹
auxilium expertus sum toties.
4 Plures sunt, quã capilli capitis
mei qui odio persequuntur me sine
caussa, ⁊ totis viribus conantur sub
uertere me, qui hostes facti sunt
sine caussa mihi, quorum furorẽ nisi
cõpescueris tanq̃ rapuerim que illo
rũ sunt, quum nihil fecerim minus,
restituere tamen cogar ea.
5 De⁹ tu nosti stultitiam meam et
peccata mea non latent te,

6 Non

6 Non pudefiant quæso propter
meũ infortuniũ qui expectant patiẽ-
ter te dñe, deꝰ imperiũ habẽs in oẽs
exercitus, nõ suffundantur pudore
propt̃ persecutionẽ quam patior, il-
li qui studiose ambiunt amicitiam
tuam Deus Israelis,
7 Tuo enim iussu hanc talẽ pertuli
ignominiam, vt texerit totam faciẽ
meam infamis pudor.
8 Homo sceleratus, et in extremas
deportandus terras, visus sum fra-
tribus meis: et veluti indignus qui
cum bonis consuetudinem habeam
visus sum filijs matris meæ.
9 Zelus enim domus tuæ comedit
me quia summo studio conatus sũ
tueri maiestatẽ tuam, idcirco ꝓbra
quibus probrose affecerunt te, tam
me habebant male, q̃ si ipse ego pro
bris affectus essem.
10 Si quando fletu et ieiunio affli-
gebã me, ipsi probro vtetũt id mihi
sū me, et ingēs robustorum turba hoc
egit studiose: vt vitam adimeret in
sōti mihi, non habita vlla rōne tui.
15 Verum tu Domine Deus es mi-
sericors et pius: tardus ad iram, ad
bñficentiam autem, et fidem seruan-
dam propensissimus.
16 Respice me, et miserere mei, tri-
bue vires seruo tuo, et serua filium
ancillæ tuæ.
17 Ede signū aliquod fauoris er-
ga me tui, vt hostes mei videant et
pudefiant, videant inquam te fuisse
illū, qui auxiliatus sit mihi, et vltus
sit

sit iniuriam illatam mihi ab illis.

Filiorum Corrach. 87.

FVndamenta ciuitatis huius iacta sunt in montibus sanctimonia maximis.

Fūdamē ta eius in mōtibus sanctis.

2 Amat Dn̄s portas Sion, magis q̄ vlla taberuacula Iacob.
3 Magnifica dicta sunt de te o ciuitas Dei. Ita res habet.
4 Memor ero Aegyptiorū, et Babyloniorum agnoscentium me. ecce rē nouam, Philistæa et Tyrus vna cum Aethiopia accurrēt propterea quod insignis ille natus sit ibi,
5 De Sion quidē dicet, quod plurimi nati sint in ea, sed insignis ille cōfirmabit eam quum sit altissim⁹.
6 Domin⁹ cōmemorabit in descriptione populorum, quod insignis ille, natus sit ibi. Ita fiat.
7 Interim principes ludēt instrumētis musicis præ gaudio, et mea oīa studia occupata erūt in laudando te ꝓpter hæc tam mira quæ fiēt in te. Psalmus Filiorū Corach. 88.

Dn̄e De⁹ salutis meæ.

DOmine Deus a quo pēdet salus mea, per diem clamabo,

neq; nocte latebit te vociferatio mea
2 Quare admittat̄ quæso precatio
mea in conspectum tuum, præbe au
rem tuam clamori meo.
3 Ad saturitatem enim et nauseam
vsq; plena est molestissimorum cru
ciatuum anima mea, vita mea sepul
chro videtur esse proxima.
4 Habitus sum vnus e numero eo
rū qui iamiam corruituri sūt ī bara
thrū, æstimatꝰ nō pluris sū, q̄ vir
omnibus suis viribus destitutus.
5 Præstaret mortuum esse, et libe-
rum ab his malis, quales sunt, qui
vel vulnerati, vel morbo extincti ia-
cent in sepulchris, quorū nō recorda
beris amplꝰ, vt vitæ huic qua vixe
runt eos restituas, verū liberi sunt a
plagis his tuis, q̄bus ego affligor.
6 Affecerunt me malis tam multis
aduersarij mei, vt visus sim ipse mi
hi præcipitatus in puteum, aut in
carcerem obscurissimum et profun-
dissimum retrusus.
7 Omni ex parte premit me furor
tuꝰ, nullū superest mali genus quo
non affixeris me, Ita res habet.
8 Alie

8 Alienasti a me familiarissime no
tos mihi, et abominabilē fecisti me
illis, conclusus sum, nec video quo
pacto explicem me.
9 Oculus meus languit prae dolo-
re, imploraui auxilium tuū, Dñe to-
to die expandi manus meas ad te.
10 Aedes ne diuinitatis tuae speci-
mē in mortuis, aut resurgēt ne mor
tui laudes tuas cātaturi? Ita ne fiet
11 Mentio ne fiet in sepulchro cle-
mentiae tuae, aut integritatis tuae
apud eos qui perierunt?
12 Quo pacto in tenebris nota fiet
tua illa ptās, qua miranda desig-
nas, aut iustitia tua īter eos, qui ex
hoc orbe migrarūt in terram deser-
13 Pergam tamen ad te cla (tam?
mare Dñe nondū spem omnē depo
nens, et mane ante omnia precatiōe
mea occupabo te.
14 Quorsū Dñe neglexisti animam
meam? occultasti vultū tuū ne sen-
tiam solitū erga me fauorē tuum.
15 Pauper sū ego et exanimos⁹ ab ado
lescētia, pertuli tales abs te mihi im
missos terrores, vt quemodū succu-

buerim, et desperare de salute tantũ
non coeperim.
16 In me apparuerunt manifesta
signa tui furoris, terrores tui oppres
17 Circũdederũt queãd (serũt me.
modũ aquæ solẽt collapsũ ĩ eas, idq́
assidue cinxerunt me: nõ ali⁹ terror
post alium, sed simul vniuersi.
18 Procul a me abire fecisti, si quis
forte reliqu⁹ fuit amans mei, aut vi-
cin⁹ bñuol⁹, quin et familiariter no
tos abscõdisti, & veluti in tenebris ne
videri possint a me collocasti,

Psal, ipsi⁹ Etham Esrachitæ. 89.

Misericordias Domini

DOminum nũq́ te nõ miseri-
cordẽ miris modis esse car-
minib⁹ testabor, et meæ æta
tis hominibus et posteris oĩbus, et
docebo ore meo non esse dubitandũ
cuiq́ de fide tua, quin præstaturus
sis quicquid promiseris vnquam.
2 Persuasi enĩ mihi futurũ, vt per
petuo duret misericordia tua: et coe
li prius ruant quos artificio sum-
mo condidisti, et cõstanter cõseruas
quam te non stare promissis.
3 Percussi foedus inquit Dñs, cum
eo,

eo, quem elegi ipse mihi, et iuramen-
to cōfirmaui illud, ne vllam habeat
dubitandi causam seru⁹ me⁹ David
4 Perpetuo, inquit Dn̄s stabiliam
posteros tuos, extruā soliū regale ti
bi, quod non cōuellet vlla generatio
nū vn꜔ subsequentium. Ita fiet.
5 Testantur coeli ꝙ admirand⁹ ar
tifex sis tu Dn̄e, et perpetuitatis tuæ
testes sūt apud omnes, qui tuæ sanc
titatis non penitus sunt expertes.
6 Quis enī ī coelo quouis pacto te-
cū cōferri poterit, et ꝗs similis tibi in
ter angelos quantūuis sint potētes?
7 Deus miris modis magnus est,
et suspiciendus etiam in coetu sanc-
torum suorum, et metuendus cunc-
tis, qui circa illum sunt.
8 Dn̄e Deus quis cōferri vllo pacto
poterit tecū, quū sis creator et cōser-
uator rerū oīm, et stabilitatis tuæ
circum te habeas testes plurimos?
9 Tu imperiū habes in vastitatem
maris: si ferocire coeperint, ⁊ in altū
se sustollere fluctus eius, tu potesta-
te tua dum vis compescis illos.
10 Tu percussisti potētissimū illum

Aegypti regẽ, nõ maiore negocio, q̃
si res tibi fuiſſet cũ aliquo virib⁹ ſuis
oĩb⁹ deſtituto: oĩpotẽti brachio tuo
ſubuertiſti hoſtes tuos vniuerſos.
11 Tui ſũt coeli, tua eſt terra, orbis
terrarũ, et oĩa quæ in ipſo plurima
ſũt: tu fundamẽta ieciſti oĩm illorũ.
12 Aquilonẽ et Auſtrũ tu produxiſ
ti, mõs Tabor, mons Hermõ mag-
nitudine ſua teſtantur oĩpotentiam
tuam, et occaſionem præbent vidẽ-
tibus laudandi nomen tuum.
13 Tu brachiũ habes oĩpotẽtia pre
ditũ, robuſtiſſima eſt manus tua, et
potentiſſima dextera tua.
14 Juſtitia et æquitate ſtabilitum
eſt regale ſoliũ tuũ, clemẽtia et æqui
tas præ omnibus curæ ſunt tibi.
15 Foelix ille populus qui agnoſcit
hæc, et ſeſe oblectat his: Dñe qui-
cũq; tales fuerint, ſemper comitabit
illos fauor tu⁹, et veluti clariſſima
in luce vultus tui verſabuntur.
16 Ad memoriam nominis tui exul
tabũt oĩb⁹ dieb⁹ vitæ ſuæ, et bene-
ficio iuſtificatiõis tuæ magni erũt.
17 Ornamentũ enim fortitudinis
eorum

eorum es tu, et pro tua in nos pieta-
te robur illud incrementa suscipiet
assidue magis et magis.
18 Beneficio enim Dñi magis q̃ vl
lo clypeo tuti sumus, et auxilio illi⁹
qui sanctimoniæ author est Israe-
li, foeliciter cedunt quæcunq; aggre
ditur noster rex.
19 Olim locutus es cum sancto tuo
(Samuele) quomodo cum prophe-
tis soles: et dixisti, robur addidi vi-
ro alioqui forti, exaltaui adolescentẽ
illum, quem e populo elegeram.
20 Inueni Dauid seruum meum:
oleo sancto meo vnxi eum.
21 Quare manus mea firma erit cũ
illo nec deseret illum vnq̃: insuper
et brachium meum potentissimum
faciet illum.
22 Nõ opprimet illũ vllus inimi-
cus, nec homo sceleratus male illi
volens affligere poterit illum.
23 Conteram enim quotquot aude
bunt sese opponere illi: et odio ha-
bentes illum perdam.
24 Quicquid autẽ promisi illi asse-
quetur, et prima illa gratia, qua ele

gi eum, irrita non fiet: per me enim
exaltabitur cornu illius.
25 Et extẽdam vsq; ad mare ditio-
nem illius: et vsq; ad flumina potẽ-
tiam dexteræ illius.
26 Ipse vocabit me, et dicere fami-
liariter audebit pater meus es tu:
Deus meus, stabilis et inconcussa sa
lus mea tu.
27 Et ego faciam illum primum, et
potẽtissimũ oĩm regũ, q̃ sũt in terra.
28 Perpetuo illũ prosequar fauore
meo, et pactum quod inij cum illo,
firmum erit.
29 Et constitui posteros illius con
seruare perpetuo, et solium regni il-
lius facere tam diuturnum, quam
erunt dies coeli.
30 Si deseruerint posteri illius le-
gem meam, et secundum præcepta
mea non vixerint.
31 Si leges meas violauerint, et
mandatis meis non paruerint.
32 Ego veluti virga flagellabo eos
vt resipiscant, et verberibꝰ animad
uertam in scelera illorum.
33 Clementia vero mea nunq̃ desi
stituam

stituã illos ? nec enim mẽtiri potero
aut contra datam a me fidem facere
34 Nunq̃ violabo pactum, qđ est
inter me ? illos ? id enim quod se-
mel locutus sum, non mutabo unq̃.
35 Quũ ergo iurauerim per sancti-
tatem et maiestatẽ meam, mentiri
ne Dauid potero?
36 Futurũ promisi semẽ illius per
petuo duraturum, et soliũ regni illi-
us fore tam stabile, et diuturnũ, q̃
est ipse sol in conspectu meo.
37 Sicut luna perpetuũ erit regnũ
illius, quam et stabile promissionis
meæ in coelo signum esse volo.
38 Interim tu tanq̃ horũ oĩm obli
tus deseruisse et abominatus esse vi-
deris Christũ tuũ, et excãduisse ĩ illũ
39 Violasse videris foedus initũ cũ
seruo tuo, et ignominiose in terram
abiecisse diadema illius.
40 Diruisti omnes muros illius,
et munitiones, quibus tutus esse so-
let ab hostium insultibus, funditus
demolitus es.
41 Conculcant quotquot iter faciũt
iuxta illũ, fact⁹ est ludibrio vicinis
suis. 4 Extra

42 Extulisti in altũ dexterã hostiũ
illius, vt grauiꝰ feriant, gaudio affe
cisti quotquot male voluerunt illi.
43 Aciẽ enim gladij nostri retudis-
ti, nec proditurus videris nobiscum
sicut soles, in prælium.
44 Obscurasti splẽdorẽ illiꝰ, soliũ il
lius regiũ in terram vsq; detraxisti.
45 Breues fecisti dies adolescẽtiæ
ipsiꝰ, omni ex parte ignominia coo-
peruisti illum. Ita factũ est
46 Quousq; tandem absconderis
Dñe? perpetuo ne ? exardescet ne quẽ
admodum ignis solet furor tuus?
47 Recordare q̃ breuis et nihili sit
vita mea, an non ex ipsa conditione
mali satis habemus? qui vanitati
per totã vitã obnoxij, quotquot su-
mꝰ posteri Adæ, abs te cõditi sumꝰ
48 Nemo est enĩ, quantũuis sit vir
robustus, qui victurꝰ sit expers mor
tis, et qui tutari vitam suam poterit
contra violentiam sepulchri.
49 Vbi nũc sunt superiorrũ seculo-
rũ misericordiæ tuæ Dñe, qñ iura-
mẽto obstrinxisti te Dauid, bona fi-
de posterorũ illius curã te habiturũ?
50 Perpen

50 Perpende Dñe q̃ contumeliosè
tractantur serui tui, quodq; cõcoque
re cogar clam et velut in sinu porta-
re contumelias, quibus me afficiunt
populi varij et ꝓpemodũ innumeri
51 Cõtumeliosi enĩ nõ in nos solum
sunt, sed et in ipsum te Dñe: rident
enim assidue nos tanq̃ spei nobis ni
hil sit reliquum in Christo tuo.
52 Qualiscunq; sit status rerũ nos-
trarum, Deus quod promisit nõ po
terit nõ præstare, quamuis molesta
sit nobis mora: quare dignus est,
qui perpetuo laudetur ab omnibus
Amen Amen.

Finis libri tertij.

Precatio Mosæ viri Deo charis-
simi. 90.

DOmine tu fecisti nobis secu- | Dñe re-
lis superioribus instar asyli, | fugiũ fa-
ad quod tutissime confugere | ctus es.
licebat.
2 Prius enim q̃ montes producti es
sent et facta terra, et in plagas habi-
tatas distincta: tu ab æterno fueras
te ipso potẽtissimus Deus.
3 Deduces hominem varijs miseri
is ob

is obnoxiū, quoad ſenio fractus fue
rit, et dices tū, Redite poſteri Adæ
in terram, vnde prodijſtis.
4 Mille profecto anni apud te et cū
tua æternitate collati, ſūt tanq̃ dies
heſternꝰ qui præterijt, et tanq̃ vna
ex nocturnis vigilijs, quæ nullū re-
linquit poſt ſe veſtigium.
5 Velociſſime properare annos ho
minum iubes, et priuſq̃ ad ſe reuer-
ſus homo cogitet, quid ſibi in vita
acciderit, elapſos ſentiet illos veluti
ſomniū quoddam: mane enim in
initio vitæ tanq̃ herba quædam
ſuccreſcet, et aliquid eſſe apparebit.
6 Mane, inq̃, virebit & aliquo vſq;
ſuccreſcere videbitur, ad veſperam
vero ſuccidetur et areſcet.
7 Et tanq̃ nō ſit in annis noſtris
paucis mali ſatis, accedit ira tua,
quæ non ſinit vel per ſomniū nos ſē
tire, qualecūq; illud ſit quod poſſit
homini eſſe quoquo modo volupta
ti: in metu enim cōſumpti ſūnt anni
noſtri: et quia vehementer nobis
iraſci videbaris, conturbati ſumus
et inhorruimus.

8 Collocaſti iniquitates noſtras e
regione tibi, ꝛ peccata, quæ nos pro
occultis habuimus, et in adoleſcētia
cōmiſimus, ipſa luce manifeſtiora
ſunt in conſpectu tuo.
9 Quare dies noſtri elapſi ſūt vni-
uerſi te nobis irato, finiuimus an-
nos noſtros dicto citius.
10 Tēpus enī vitæ noſtræ ſi fuerit
ſeptuaginta annorū, aut ſummū oc-
toginta, bene actū nobiſcū putabi-
mꝰ, interim illi, qui precipui ſūt īter
hos, ꝛ tanq̄ flos ipſe huius tā raræ
ætatis, et moleſtijs, et laborioſis
miſerijs pleni, abeūt velociſſime, et
nos toti velut alis aſſumptis, auo-
11 Quis vitare vnq̄ nouit (lamꝰ.
potētem irā tuā? maxime ſi a nobis
exigas veneratione maieſtati tuæ
debitā: et ob eam non ſatis diligen-
ter præſtitam, quantum res ipſa re-
quirat, iraſci volueris.
12 Numerare nos doce ad hūc mo
dū pauciſſimos dies noſtros, et ſem
per habere paucitatem illorū in me-
moria, vt nihil nobis de hac vita
magni promittentes, diuinæ ſapien
tiæ

tiæ studio animum intendamus.
13 Redi ad solitam clem: etiam Dñe an nondum satis in miseros nos sæuitum videtur? misereat tandem te seruorum tuorum.
14 Copiose et cito summo mane benignitatis tuæ participes effice nos, vt saltē gaudere liceat et lætari paucis, qui reliqui sūt, vitæ nostræ diebus.
15 Affice nos gaudio p magnitudine malorū, q dieb⁹ et annis superioribus, pessima experti sumus.
16 Appareat seruis tuis salutiferū illud redēptionis opus, et reconciliatio diuinæ maiestatis tuæ nota fiat seruorum tuorum posteris.
17 Sic fiat gratiosus et pulchre fauēs nobis Dñs De⁹ noster, vt quicquid facere tētauerim⁹, efficax fiat: efficax inq̃ fiat Dñi bñficio, quicquid manibus nostris attrectauerimus.

91.

Qui habitat in adiutorio altis.

QVicunq; cōmitit se protectioni altissimi: quantumuis occultæ, illius tutelam suscipiet omnipotens Deus, et tuto versabitur

ſabitur inter pericula vitæ huius.
2 Quare et ego perſuadere mihi au
debo de Dño, q̄ ſpes mea ipſe ſit,
Pugnaculũ meũ, & Deus me⁹, ego
eñi totũ me curæ illius committam.
3 Ipſe ergo curabit, ne incidas tu
quiſquis illi credis, in vllum inſidi
atoris laqueũ, tutũ te reddet a peſte
quantumuis peſtilente.
4 Alis ſuis cooperiet te, et ſub pen-
nis illi⁹ tut⁹ eris: nullũ ſcutũ nec vl-
lus clype⁹ præſtare hoc, cuiquã po
terit, quod ipſe ſua cura præſtabit.
5 Protectione illius fiet, ne metuas,
vt res vlla, terrorem incutiat tibi
noctu: neq; timeas ſi quis iaculo te
petat etiam medio die.
6 A peſte, quę clam inuadere homi
nes ſolet, et ab ea, quæ de improui-
ſo ſuborta ſæuiet, ſecurus eris.
7 Si præliũ ingreſſus cũ hoſtibus
manus conſerueris, a latere ſiniſtro
mille, & a dextro decẽ milia corruent,
tu vero incommodi nihil accipies.
8 Quin potius oculis tuis videbis
præliantem pro te Deum, et impios
poenas dare ſecurus aſpicies.

9 Merito ergo oĩs fiducia mea sita
est in te Dñe: quisquis igitur sapis,
Dominũ qui ẽ supra oĩa, veluti tutis
simũ asylũ añ oculos tibi propone.
10 Quod si feceris, ausim tibi polli-
ceri, qui hæc scribo, nõ futurũ vt vl-
lũ inopinatũ malũ te corripiat vł vl
la plaga familiam tuam infestet.
11 Mandauit enĩ angelis suis curã
tui vt soliciti sĩt ꝑ te quacũq; iueris
12 Manibus gestabũt te quoties pe
riculũ fuerit, ne vel leuiter in lapillũ
impingat pes tuus.
13 Per medios leones et serpentes
iter facies securꝰ: et si insurgere in te
conentur pedibus conculcabis pro-
stratum leonem et draconem.
14 Quia me amauit, ab oĩ malo im
munẽ faciã illũ: stabilẽ et inconcus-
sum illum reddam, quod charũ illi
fuerit nomen meum.
15 Implorabit auxiliũ meum, ꝛ ego
votis illius respondebo, adero illi,
ab oĩbus periculis liberabo illũ, et
honoratum faciam.
16 Lõgitudine dierũ saturabo illũ,
et ostendam illi quibꝰ modis beare

sole

foleam amicos meos.

Psal. de die Sabbati 92

AEquũ est cũ gratiarũ actio- ne laudare Dñm, et cantare nomem tuum o altissime. Bonum est confiteri.

2 Cõmemorare summo mane cle mentiam, et constantiam tuam no- ctibus singulis.

3 Idq; non voce solũ, sed & musicis instrumentis, decachordo, nablo, et citharæ dulci modulatione,

4 Delectasti enĩ me Dñe elegantis sima hac operũ tuoꝝ varietate, ope rib9, e quibus colligi facile potest oĩ potentia manus tuæ, oblectabo me

5 Quam suspiciẽda ob magnitudi- nem sunt opera tua Domine? vehe- menter profunda sunt, et inscrutabi lia nobis consilia tua.

6 Vir stolid9 nihil horũ intelligit: neq; stultus considerat in his natu- ræ miraculis oĩpotẽtiam Dei.

7 Quod virere videantur impij si- cut gramen terræ, et florere plurimi homnes scelerati, nõ hoc foelicitatis illorũ putandum est, sed damnatio- nis perpetuæ argumentum.

8 Tu autē es excelsus supra omnes,
erisq; perpetuo Domine.
9 Quare preter expectationem cue-
niet hostib⁹ tuis Dñe: præter expec
tationē, qui nūc florere videnť, fun
dit⁹ peribūt: subuertēt sese scelerib⁹
suis, quotquot sunt hoīes scelerati.
10 Interī tu simile facies cornu me
um cornu monocerotis: iā nūc perfu
sus mihi videor oleo fragrātissimo
11 Videbit enim oculus meus in me
is qualia quisq̄ optaret ī hostibus
suis: et de insurgētibus in me scele-
ratis audient aures meæ.
12 Justus quemadmodum palma
florebit, et sicut cedrus in libano in
altum succrescet
13 Qui plantati sunt in domo Dñi,
in atrijs Dei nostri flores suos pro-
ferent pulcherrimos
14 Itaq; fiet vt valentes sint in se-
nio, bene habiti et virentes
15 Vt palam fiet æquum esse Dñm
qui instar rupis est mihi, et ab oī
iniquitate q̄ alienissimus 93.

Dñs reg-
nauit de-

DOmin⁹ regnandi prouinciam
suscepit maiestate vndiq; con-
spicuus:

spicuus: induit robur Dñs quo na-
tura et a seipso omnipotēs est, quo
et stabilientur, qui terram incolunt
ne amplius vacillent.
2 Stabile est regnū soliū tui, et fuit
ante cōstitutionē mūdi, et ab ipsa cō
stitutione vsq; in perpetuū ipse ille,
qui semper fuisti, eris
3 Exaltauerūt flumina Dñe, exalta
uerūt flumina strepit⁹ suos, et exal-
tatura magis videbant fluct⁹ suos.
4 Verū Dñs cōpescuit eos oīpoten
tia sua, aquis quātūuis multis imo
et vastissimis fluctibus maris potē-
tior ē Dñs altissima quæq; posidēs
5 Quæ pollicitus es, optima fide
præstita sunt domui tuæ, quam ele-
ganter exornasti sanctimonia Dñe,
q̄ duratura est perpetuo 94

Qui potestatem habes vlciscē Deus vl
di iniurias tuorum Dñe, qui tionum
potestatem inquam habes Domin⁹.
Deus conspicuus appare
2 Sustollaris quæsumus in al-
tū, et solium tuum conscendas, qui
iudex es vniuersæ terræ, et redde
quod merentur superbis.

3 Quousq; impij Dñe, quousq; im-
pij exultabunt?
4 Sceleratus illorũ animus erum-
pet in verba. et loqui eos coget fastu-
ose, prædicabunt sese, et sua scelera
iactabunt homines hi pestilẽtissimi
et numero plurimi,
5 Populũ tuũ Dñe atterere conabũ-
tur, et patrimoniũ tuũ affligent.
6 Viduam et aduenam occident, et
interficient pupillos.
7 Persuadebũt sibi nõ habiturum
te horũ rationẽ Dñe, nec considera-
turum te quum Deus sis Jacob.
8 Intelligite tandẽ, qui bestijs non
multo estis prestantiores in popu-
lo, stolidi quando resipiscetis?
9 Qui vestris capitibus affixit au-
res & facultatẽ dedit audiẽdi, surdus
ne erit ille, nec audiet quicq̃? et qui
oculos vobis in fronte aptauit, ex-
pers ne esse poterit videndi?
10 Qui docet etiam ethnicos secta-
riq; rectũ est, an nõ suppliciũ sumet
de vobis transgressorib⁹? ille inq̃,
qui docet homines prudentiam, et
veluti insculpsit animis illorũ, hæc
relinquet

relinquet inulta?
11 Dñs nouit oĩa, quæ quiuis cogi-
tat homo, q̃ vana sint et inefficacia.
12 Quare foelix ille est vir, quem tu
erudire, et tua doctrina imbuere dig
naberis, seruator omnium Dñe.
13 Præbebit enim illi requiẽ ea disci
plina temporibus periculosis, quo-
ad impio fodiatur fouea ex qua nũ-
quam emerget.
14 Non abijciet Dominus populũ
suum, neq; hæreditatẽ suam despi-
ciet vnq̃.
15 Futurũ est enim vt iustitia con-
iungatur cum iudicio, et iudices qd
iustũ est iudicent, sequantur q; illud
vniuersi, qui integro sunt animo.
16 Vtinam exurgat quisq̃ mecũ ad
uersus homines perditos, vtinam se
quisquam mecũ opponat his scelera
tissimis homininibus.
17 Nisi Dñs auxilio fuisset mihi pe
rijssem: parum enim abfuit, quin
vita spoliat⁹ iacuerim in sepulchro.
18 Quoties videbatur pes me⁹ va
cillare, clementia Domini robur ad
debat mihi, et stabiliebat me.

19 Pro multitudine tristiũ cogitati
onum mearum, quib⁹ intra me cru-
ciabatur animus meus, consolatio-
nes tuæ vicissim exhilarabant eum
20 Nunquid commune tibi quicq̃
erit cũ solio et potestate tyranni, qui
struit calũniam insontib⁹, idq; suo
more, et tanta calliditate, vt legiti-
me illud facere videatur?
21 Ipsi congregabunt satellites in
perniciem iusti, hominẽ innoxium
impietatis damnabunt
22 Verum Dñs erit me⁹ protector,
et Deus meus instar munitæ arcis,
que in altissima rupe extructa est
23 Et retorquebit ĩ illos iniquitatẽ,
qua oppresseruut alios ipsi: et quẽ-
admodũ mereẽ scelerata vita illorũ,
subuertet eos fũditus, subuertet inq̃
eos ipse Dñs Deus noster 95

Venite exultemus Domino.

EIa exultem⁹ nos Dñm ha-
bere propitiũ, iubilemus ip-
sum nobis veluti rupẽ fac-
tum inaccessam hostibus nostris, et
authorem salutis.
2 Ante omnia hoc agamus, vt pla-
cido vultu respiciat nos, psalmis

iubilemus in honorem ipsius
3 Deus enim magnus est Dñs, et
rex magnus præ omnibus dijs
4 In cuius potestate sunt funda-
menta terræ, et cacumina mõtium
ab ipso habent quod sunt.
5 Cuius est mare, ipse enim fecit il-
lud, et terram iussit extare omnipo-
tentia sua extra mare.
6 Eia venite igitur vt vna adore-
mus, et supplices efficiamur: et ge-
nua flectamus ante Dominum au-
thorem vitæ et salutis nostræ.
7 Ipse enim Deus est noster, nos
autem populus, qui pabulo ipsius
victitamus, et veluti grex ouiũ cu-
ræ et omnipotẽtiæ illi⁹ cõmissi: ho-
die igitur si voci eius auscultaueri-
tis, et agere prudenter volueritis.
8 Non obdurabitis cor vestrũ, si-
cut olim tempore contentionis in de
serto obmurmurauerunt cõtra me:
et periculũ fecerunt tam ne potens
essem Deus, vt libidini eorum satis
facere possem.
9 Ibi enim tentauerũt patres ves-
tri, an possem suppeditare illis, qui-
P v bus

bus opꝰ habebant: explorare conati
sunt quãtũ possẽ ego, q̃uis vidissent
opera plurima diuinitatis meæ ar-
gumenta manifestissima.
10 Quadraginta annis veluti lis
mihi fuit cũ illo hoĩm gñe, & dixi assi-
due, populꝰ hic desipit manifeste, et
aberrat turpissime: verũ ipsis nihil
eorũ, quæ ego dicebam, curæ erat.
11 Quare quũ finẽ ĩsaniẽdi nõ face-
rẽt, iuraui iratus, me nõ introductu-
rũ illos in locũ illũ quietissimũ, in
quẽ perducere decreueram. 96.

Cantate Dño canticum no.

CAntate Dñm carmine nouo,
cantate Dñm quotquot inco-
litis terram
2 Cantate Dñm et celebrate nomẽ
eiꝰ, prædicate de die in diem salutẽ,
qua seruati estis beneficio ipsius.
3 Narrate exteris nationibus maie-
statem ipsius, vniuersis qui vsq̃ ha-
bitant populis stupẽda opera illius
4 Magnus est enim Dñs, et omni
laude maior: metuendꝰ etiam illis
omnibꝰ, qui vsq̃ habẽtur pro dijs.
5 Oĩa enĩ, quæ reliquæ nationes
habent pro dijs, nihil sunt: Domi-

nus

nus autem est, qui coelos fecit,
6 Quicquid vsquam est magnificū et decorū est in conspectu illius, potētia et ingēs gloria illius relucet in ipsis coelis, quos sibi pro habitaculo peculiarius delegit.
7 Quare tribuite Dño quotquot estis familiæ populorū, tribuite inquā Domino maiestatē et oīpotētiā.
8 Tribuite dño eam maiestatē quæ respōdet nomini ipsius: arripite munera et properate ad atria ipsius.
9 Prosternite vos ante dñm, veneraturi magnifice sanctam maiestatem illius, metuite ab ipso quotquot habitatis in terra.
10 Narrate exteris nationib⁹ dñm suscepisse regnandi prouīciam: quare stabiliet orbis, nec vacillabit amplius.
11 Lætabit cœlū, et exultabit terra, exiliet præ læticia mare, cum omnibus quæ in ipso sunt.
12 Exultabunt campi, gaudebūt arbores vniuersæ in syluis ipsis.
13 Propter dñm q̄ aduenerit, q̄ aduenerit in q̄ iudex futurus ipsius terræ, iudicabit enim orbē terræ secūdum

dum iustitiam, et populos optima
fide gubernabit. 97

Dñs regnauit exultet.

DOminus regni gubernacula
suscipere dignatus est, exultet terra, gaudeant insulæ
numero plurimæ.
2 Nubes et caligo circa illū in terrorem malorū, iustitia aūt et æquitas
firmamentum sunt throni ipsius.
3 Ignis ipsum præcedet: et flamma vndiq; vastabit hostes illius.
4 Lucere facient fulgura eius orbem, sensit et expauit præ fulgurum
multitudine ipsa terra.
5 Montes tanq̃ cæra soluti sunt,
et præ metu apud se nō fuerūt ꝓpter
præsentiam domini, præsentiam,
inq̃, domini vniuersæ terræ
6 Testati sūt coeli iustitiā illi⁹, ꝛ viderūt vniuersi popl'i maiestatē illi⁹
7 Pudefiant quotquot colūt sculptile, qui placēt sibi cultu rerū nihili:
quin poti⁹ ipsi prosternite vos ante
illum, quotquot estis vsq̃ qui pro
dijs hominum stultitia habemini.
9 Audiuit et gauisa est Sion, et exultauerunt filiæ Judæ, propter iu-
dicia

dicia tua: qui impios terroribus ex-
animas, et pios exhilaras domine.
9 Tu certe supra vniuersam es ter-
ram, & potestatē habes in oīa, infi-
nitis modis ob hæc miracula præ-
latus es aliis vniuersis diis.
10 Qui amatis dominū odio habe-
te malitiam: ipse est enim, qui ani-
mas sanctorū suorum custodit, et a
tyrannide impiorū eripiet illos.
11 Lux orta est iusto: et animo can-
didis lætitia.
12 Gaudete iusti vos dominū habe-
re propitiū: et gratias agite cū ve-
neratiōe sanctissimæ maiestati illi9.

Psalmus 98

CAntate dñm nouo carminis
genere: ipse eni prebet argu-
mēta scribēdi noua plurima,
ad miranda nanq; sūt, quæ iā recēs
designauit: victoriam eni peperit si-
bi sua ipsius dextera manu, et bra-
chio sanctissimæ maiestatis suæ,
2 Sic egit dñs cū suis, vt notū esset
oībus victoriam illam salutiferam
esse ab illo: palam enim videntibus
ethnicis argumēta edidit iustitiæ
suæ,

Cantate Dño canticū.

3 Memor

3 Memor factus est miæ suæ, et fi
dei in præstandis, quæ promiserat
Israeli: viderunt quotquot habi-
tant vsq; i vllis angulis terræ eam
salutẽ, cuius author nobis fuit ipse
noster Deus.
4 Iubilate in honorẽ dñi quotquot
habitatis in terra: sublata voce
canite ,exultate et psallite.
5 Psallite in honorem domini citha
ra,sed adhibita ad citharam modu
latione vocis.
6 Sonate taratãtaris ⁊ clangite tu
ba: iubilate quantum potestis ꝓpter
aduentum insignis huius regis,qui
Dominus est omnium.
7 Strepitũ ædat pre gaudio mare
⁊ pisciũ multitudo innumera,orbis
totus cũ his,quæ degũt in eo exultet
8 Flumina iunctis manibus gau-
dia sua testentur, vnaminiter mon
tes exultent.
9 Idq; propt dñm,ꝙ ipse aduene-
rit prouinciam suscepturus iudican-
di terram: iudicabit orbem terræ se
cũdũ iustitiam,et populos cũ æqui-
tate summa. 99.

PSAL XCIX

QVia dñs aduenit regnum ad ministraturus, cõtremiscent popl: ille inq̃ dñs, qui sedet super Cherubin, aduenit: quare reuerenter attoniti fient habitatores terræ.

Dñs regnabit irascantur.

2 Dñs in Sion magn⁹, et pro oĩpotente agnit⁹ vniuersis populis.
3 Fatebunt nomen tuũ magnũ esse et metuẽdũ, & sanctissime augustum
4 Quamuis potens sit dñs, nõ tyrannidẽ exercebit, sed æquitatẽ, cui⁹ amantissimus est: tu enim dñe gubernabis oĩa cũ æquitate summa iudicium enim et iustitiam in posteris Jacob exercuisti semper.
5 Exaltate dñm deũ nostrũ, et prosternite vos ad scabellũ pedũ ipsius, est enim ipse dignus eo honore, quum sit sanctissimus.
6 Moses et Aaron inter sacerdotes eius, et Samuel e numero eorum qui inuocabant nomen ipsi⁹: quos semper exaudiebat, quando eius auxilium implorabant.
7 Ex nube quæ formam colũnæ habebat loquebatur cum eis, parue

runt

runt admonitionibus ipsius: & pactum iniit cum eis.
8 Dñe de⁹ noster tu exaudiebas eos, deus licet potēs sis, clemēs tamē fuisti ad preces illorū in alios, etiā eo momento, quo vlsciscebaris ea, quæ aduersū te stulte cōmenti fuerant.
9 Extollite Dominum deū nostrū, et prostrati cōuertite vos venerabūdos ad coelestem illum montem, in quo maiestas illius sancta peculiariter apparet: est enim sanctissimus Dominus Deus noster.

Psalmus gratiarū actionis. 100.

Jubilate Deo oīs terra.

IVbilate in honorē Dñi, quot quot in terra versamini.
2 Colite Dominum cū lætitia: venite in conspectum ipsi⁹ cum exultatione.
3 Agnoscite dominum esse illū deū, qui fecit nos, neque enim ipsi fecim⁹ nos, sed populus eius sumus, & grex quem ipse pascit assidue.
4 Intrate per portas illius gratias acturi pro acceptis ab eo innūeris beneficijs, et per atria cantaturi laudes illius, laudate illum, et celebrate

laudibus nomen illius.
5 Benignus est enim Dominus, et
infinitæ misericordiæ, et in seruā-
dis promissis constantissim⁹, nō vni
generationi tantum, sed omnibus.

Ipsius Dauid Psalm⁹ 101.

MIsericordiam et æquitatem
carminib⁹ celebrabo: maxi-
me autē te Dominū virtu-
tis omnis largitorem psalmis effe-
ram quantum potero.

Miam et iudicium cantabo.

2 Ego quidē pro viribus operam
dabo, vt familiam honeste institutū,
et integritatis morū studiosus ero,
sed conat⁹ mei irriti fient nisi tu ad-
iuueris, qđ quando fiet tandē? a te
enim adiutus constanter versabor,
pro puritate cordis mei, in adminis-
tratione domus meæ.
3 Nunꝗ mihi imitandum propo-
sui rem vllam iniquam, hominē su-
perbum semper odio habui, nec vn-
quam familiaris fiet mihi.
4 Qui animū suū studio deprauat
is procul recedere cogetur a me: vi-
rum sceleratum inter notos et ami-
cos habiturus non sum.

5 Qui loquitur clanculum in perni-
ciem socij nihil mali suspicantis, illũ
subuertam funditus, elatũ oculis et
aĩo arroganti ferre nequaq̃ potero.
6 Oculi mei obseruant illos, qui bo
na fide versanẽ in terra, vt illos ad
iũgã mihi, et sedeãt iuxta me: q̇ inte-
græ fuerit vitæ, ille mininistrabit
7 Nõ ferã, vt habitet quisq̃ (mihi
ĩ ædib⁹ meis fraudulent⁹, neq; is q̇
mẽdacijs assueuit, durabit apud me
8 Sũmo mane subuertam impios
exleges, qui plurimi versanẽ in ter-
ra, vt exterminentur e ciuitate Dñi
vniuersi scelerum patratores.

Precatio pauperis, quum moerore affectus, veluti in sinũ Dñi effunderet querelam suam. 102.

Dñe exaudi orationẽ meam

DOmine audi precationem
meam: ⁊ clamor meus admi
mittatur vsq; ad te.
2 Ne abscõdas faciem tuam a me:
hoc maxime tempore, quo calamitas
premit me, prebe quæso aures tuas
mihi cum clamauero, et votis meis
cito responde.
3 Consumpti enim sunt, veluti
fumus

fumus cito euanescens: dies vitæ
meæ, et ossa mea tanquam focus, assiduo
ardore exiccata sunt.
4 Simile foeno, quod amputatum
ardore solis exiccatur, est cor meum,
et oblitus sum præ nimia calamita
te sumere cibum mihi.
5 Præ clamoso gemitu factum est, vt
vix hæreat ossibus pellis mea.
6 Similis factus sum pellicano, qui in
anijs et desertis habitat locis, et nic-
ticoraci consortia reliquarum auium fugi
7 Præ solicitudine somnum non (eti.
indulsi oculis meis, et similis mihi
esse videbar passeri mæsto, qui solus
in foramine desidet sub tecto.
8 Incessanter per totum diem contume
lia afficiunt me inimici mei: et qui
insultant mihi, in perniciem meam
coniurauerunt.
9 Quare cibus meus non sapuit
magis mihi, quam si cinerem comedissem,
et potui meo lachrymas admiscui
non temperans me a fletu.
10 Propterea quod iratum te scie-
bam mihi, et grauiter offensum: vi-
deris extulisse me in altum, vt grauius

 corrue

corruere faceres me.
11 Dies mei similes sunt vmbræ,
quæ assidue fit maior, et tenebris ꝓ-
pinquior: ego enim non aliter quam
foenum breuissime exarescam.
12 Verum tu dn̄e perpetuo veluti
securus, et nihil immutatus perma
nebis, nec memoria tui vlla vnq̄ȝ ge
neratione abolebitur.
13 Tu tandē (certo scio) exurges vt
miserearis Sion, et tēpus illud redē
ptionis appetere videt̃ iam nunc.
14 Profecto serui tui iampridem de
siderio tenentur videndorum lapi-
dum eius: et quantumuis misera sit
facies, pie tamen erga rudera eius
affecti succurrere cupiunt.
15 Tum timebunt gentes nomē do
mini, quæ nunc insultant nobis: et
quotquot sunt reges in tota terra,
venerabuntur maiestatem illius.
16 Vbi reædificauerit dn̄s Sion
cōspicuꝰ apparebit maiestate sua.
17 Conuertit se ad precationē ꝓpter
caussas iustissimas dolētis, neq; eni
fieri poterit, vt cōtēnat preces eorū, q̄
se cōuertūt ex animo ad illum.

18 Scri-

18 Scribat hoc propter posteros,
vt populus qui nascetur laudet ser-
uatorem Dominum.
19 Dignat⁹ est enim respicere nos
e summo loco, Dñs e coelis in ipsam
vsq; terram prospexit.
20 Vt audiat gemitū eius, qui vinc
tus detinetur, vt liberet a vinculis
eos qui morti fuerant destinati.
21 Vt habeant occasionem cōmemo
randi in Sion nomen Dñi, et lau-
des illius in Hierusalem.
22 Quod fiet quū simul collecti fue-
rint popli, et facti cōcordes, et vna-
nimiẽ regna cultū Dñi receperint.
23 Interim nō cessauit atterere, quo
cunq; me verterem vires meas, et
abbreuiare dies meos.
24 Quare dicam, mi Deus ne me
hinc sustuleris dimidio dierū meo-
rū, quū paucissimi sint, et anni tui
nūq̄ vlla generatione finẽ sint ha-
25 Tu eras priusquam te (bituri.
terræ fundamẽta iacerentur, & coeli
ipsi opus sunt manuum tuarum.
26 Ipsi peribunt, tu vero stabilis
persistes, et alia oīa, quemadmodū

vestis, atterent, et veluti palliũ mu-
tabis ea, et tuo ĩperio cedere cogent
27 Tu vero ipsissim⁹ ille es, qui sem
per fuisti, et anni tui fine carebuut.
28 Filij seruorum tuorũ secure ha-
bitabũt, et illorum filiorũ filij fauo-
re tuo in officio continebuntur.

Ipsius Dauid. 103.

Benedic aĩa mea Dño, et oĩa quæ intra me sunt.

GRatias age anima mea dño,
et quicquid est virium intra
me, nunq̃ cesset laudare sanc-
tissimum nomen eius.
2 Gratias age aĩa mea dño, nec si-
nas vnq̃ excidere memoriæ tuæ il-
la tã varia, quæ ĩ te cõtulit beneficia
3 Gratias inq̃ age ei, qui remitit
oẽm iniquitatẽ tuã q̃tumuis varia
sit, et sanat omnẽ ægritudinẽ tuam
4 Qui redimit ab interitu, cui desti
nata fuerat, vitam tuam, qui coro-
nat te, et veluti regem facit benigni-
tatis in te, et pietatis officijs.
5 Qui quantũ boni os tuũ appete-
re põt, abunde suppeditabit tibi, cu
ius beneficio quemadmodũ aquila
quæ rostrũ ob vetustatẽ nimis adũ
cum abijcit, et inuentam recipit, tu-
quoque

quoque ob peccatum squalida, et se-
nescens florem iuuentutis recipies
6 Iusta sũt quæcũqꝫ facit dñs, nec
sine sũmo iudicio premi ad tẽpꝰ si-
net iustos plurimos, nouit enĩ ipse
eiusmodi mala bonis aliỹs lõge me-
lioribꝰ ꝙ̃ mala illa erant, cõpẽsare
7 Ipse docuit Mosẽ præcepta viuẽ
di recte: et Israelitis cõsilia sua cõcre
8 Benignꝰ et misericors est (didit.
dñs, et ab ira ꝙ̃ alienissimꝰ: ad bene
ficentiã vero supra ꝙ̃ dici põt pro-
9 Quãuis inimicitiæ int (pẽsus
nos ⁊ illũ sint, nõ tamẽ futuræ sunt
perpetuæ, neqꝫ pro scelerũ nostrorũ
multitudine memoria retinebit per-
petuo iniurias, quibꝰ illũ affecimus
10 Nec enĩ afflixit nos vnꝙ̃ pro ma
gnitudine paccatoꝝ nostroꝝ, neqꝫ ꝑ
scelerum nostrorum multitudine-
poenas vnquam sumpsit de nobis.
11 Quamuis enĩ maxima sit cœli a
terra distantia, maior tñ est multo
benignitas eius, in illos, qui eũ reue
rent etiam si peccẽt in eum subinde
12 Lõgiꝰ ꝙ̃ abest Oriens ab Occi-
dẽte, amouit a nobis scelera nostra.
 13 Si

13 Sicut pater obliuisci non potest
affectus paterni, sed miseret illum fi
lij etiam dū flagellat ipsū, ita Dñs
nunquam desinet esse misericors in
eos, qui reuerentur illum.
14 Ipse enim nouit stulta desideria
nostra, et in memoria habet ꝙ pul-
uis sumus omnes nos.
15 Homuncio miserabilis foeno in
vita sua similis est, ⁊ nō aliter, q̄ flo
sculus aliquis ad tempus florebit.
16 Qui vbi vēto aliquanto duriore
attactꝰ fuerit, emarcescet, ⁊ auelletur
a loco suo, nec locus ille magis ag-
noscet ipsum postea, quam si nunq̄
floruisset ibi.
17 Benignitas aūt dñi ab æterno
fuit et in æternū durabit erga eos,
qui reuerenter colūt illū, ⁊ iustitiam
eius experientur nō solū ipsi qui co-
lūt illū, sed filij ipsorū et filiorū filij.
18 Comitabit̄ eos iustitia Dñi, vt
seruent pactum initū cum ipso, et sic
memores sint mandatorū ipsius, vt
opere compleant illa.
19 Dñs in coelo firmauit soliū suū,
et ptās eius regia ad oīa se extendit.
20 Qua

PSAL. CIIII.

20 Quare cū gratiarū actione lau-
date illū angeli ipsiꝰ, quotquot mi-
litatis ſub ipſo, qui præditi viribus
exequimini mandata ipſiꝰ, et cogitis
cūcta obedire voci, et īperio ipſius.
21 Cum gratiarum actione laudate
illum, quotquot militatis ſub illo ſa-
tellites illius, qui exequimini quæ-
cunqꝫ fieri vult ille.
22 Laudate Dn̄m vniuerſa opera
ipſius, quæcūqꝫ vſq̄ eſtis vllo loco,
omnia enim ſubiecta ſunt imperio
illiꝰ, lauda et tu aīa mea Dn̄m 104
LAuda aīa mea Dn̄m, Dn̄e de- Benedic
us magnꝰ factꝰ es ſupra mo- aīa mea
dū, et tanquam maieſtate et Dn̄o,
gloria indutus, exornatus es vndiqꝫ
2 Induit lumē tanq̄ veſtimentū, ex-
tendit coelum tanquam tentorium.
3 Qui tegit aquis ſupremas partes
illiꝰ, q vtit̄ nubibꝰ ꝑ vehiculo volat
velocius q̄ ſi alas haberet ex vento.
4 Cuiꝰ iuſſu nūc huc, nūc illuc flant
venti, ⁊ tanq̄ miniſtri obſequūt̄ dn̄o
ſuo, nec alit̄ q̄ miniſtri quocūqꝫ ille
voluerit pergunt ignita fulgura.
5 Fūdauit ſuper baſes ſuas terram

quare nõ mouebitur loco vnq̃ vllo
6 Profũdissimis aquis ve (tẽpore.
luti vestimẽto cooperuit eam, supra
montes (si iusserit ille) stabũt aquæ
7 Si icrepaueris eas, sentiẽt iram
tuam, et fugient quocũq; volueris, &
attonitæ propter vocem, quæ toni-
tru similis est, festinabunt.
8 In altũ extollẽt sese mõtes, et sub-
sidẽt valles, vnũquodq; eo se cõtine
bit loco, quem tu designaueris illi.
9 Terminũ statuisti aquis quẽ nõ
transgredientur, nec vnq̃ sine iussu
tuo tentabunt cooperire terram.
10 Qui deducit fontes in fluuios,
qui deinde inter altissimos montes
defluent rapidissime.
11 Potabunt ex eis generis omnis
animalia quæ in agris degunt, seda
bunt onagri sitim suam ex illis.
12 Supra fluuios ipsos, aues quæ
in aere volitant nidulabũtur, ex me-
dijs arborum ramis cantillabunt.
13 Humectat montes ex nubibus,
quas in aere velut æditissimo loco
suspẽdit, ex abundantia frugũ, quæ
opera tua prouenient, saturabuntur,
quæ

quæcunq; degunt in terra.
14 Prouenire facit sua spõte foenū
in vsum brutorū animantiū, et ad
culturam hoīs, reliquam segetē, vt
accipiat cibū sibi, quē terra produxit
15 Prouenire facit et vinum quod
exhilaret cor hominis varijs mise-
rijs obnoxij, oleum preterea quo hi
larior reddatur vultus illius et pa-
nem qui cor hominis confirmet.
16 Humoris summa copia suppedi
tabitur arborib⁹ maximis, et cedris
quæ proueniūt in Libano tam altæ
vt ipse videri possit plantasse illas.
17 In quibus nidulantur passeres
ciconia nidū suum ponit in abiete
18 Montibus excelsis gaudēt cerui,
ad rupes confugiunt erinacij.
19 Fecit lunam certis modis et tem
poribus mutabilem, Sol nouit tem
pus occasus sui, absq; tali, qua lu-
na mutatur variatione.
20 Post solis occasum induces tu
dn̄e tenebras, et sequetur nox, in ea
pferēt sese animalia, quæ per diē in
syluis hominum causa latuerant,
21 Catuli leonum rugiētes, ad pre-
dam

dam ſeſe tum accingent, vt impetrẽt
ab omnipotenti Deo cibum, quo in-
diget natura illorum.
23 Iterũ exorietur ſol, & rurſũ recipiẽt
ſe turmatim in antra ſua, vt cubẽt
23 Cubãtibus illis, hoẽs (per diẽ.
qui per noctẽ quieuerãt, egredient
ad perficienda opera ſua, & ad cultu
ram agrorũ ſuorũ vſq; ad veſperã.
24 Quam eleganti ſunt varietate
diſtincta opera tua Dñe, nihil non
ſumma ſapiẽtia cõdidiſti, plena eſt
terra varijs poſſeſſionibus tuis.
25 Et hoc ingens mare, cuius littora
tanto a ſe mutuo diſtant ſpacio, in-
numerabilẽ habet piſciũ et aliorũ,
quæ degunt in eo multitudinem.
26 Per ipſum tranſeunt naues, et
ipſi ceto eas vires tribuiſti, vt ridere
audeat, et contemnere reliqua, quæ
degunt in mari omnia.
27 Hæc omnia expectant te, vt tu
des illis cibũ naturæ cuiuſq; illorũ
cõuenietẽ: idq; tẽpore opportuno.
28 Vbi tu illis ſuppeditaueris: colli
gent: vbi manũ tuam aperueris, ad
ſaturitatẽ uſq; implebuntur cibo p
natura

natura vniuscuiusq; optimo.
29 Si vero irat⁹ auerteris faciẽ tu
am ab eis, cõtinuo turbabũtur, et si
spiraculo illo vitæ, qđ insufflasti,
spoliaueris ea, interibunt: et in terrã
vnde sumpta fuerant, resoluentur.
30 Iterum insufflabis spiritũ tuũ
in eandẽ terram, et creabũtur alia in
locum illorum, quæ interierũt, et in-
nouabis superficiem terræ.
31 Durabit autem maiestas domi-
ni perpetuo, oblectabit se Dominus
hac operum suorum varietate.
32 Illi⁹ maiestas erit perpetua, qui
vbi terrã ipsam vel semel asperxerit
cõtinuo contremiscet, et si vel leuiter
mõtes attigerit, præ metu fumabũt
32 Quare Dominum cantabo per
omnem vitam meam, psalmis cele-
brabo Deum quoad vixero.
34 Grata sit illi cantio mea, vt
gaudere liceat mihi, quod habeam
propitium Dominum.
35 Extirpabũt scelerati ex ipsa ter-
ra et ĩpij, quoad null⁹ sit reliqu⁹, tu
vero lauda dñm o aĩa mea. Hallelu-
ia. 105.

1 Cele

Confitemini Domino et inuocate nomen.

CElebrate Dñm, inuocate no-
mẽ illi⁹, facite sciãt exteræ na-
tiões admirãda stratagema
2 Cantate illũ voce, psalli (ta illi⁹
te in honorẽ illi⁹ musicis instrumen-
tis, enarrate hæc tam varia et admi-
ratione digna opera illius.
3 Gratulamini vobis propter au-
gustissimum illud nomen Domini,
cuius tam insigniter numẽ experti
estis, gaudeant corda sanctorũ Do-
mini, qui placere student illi.
4 Quærite Dominum, et robur
impetrate, ab illo studete compara-
re vobis fauorem illius assidue.
5 In memoria habete, quã mirabiliũ
operũ author fuerit, et quã stupenda
designauerit, quã qz æqua sint om-
nia, quæ locutus est ore suo vnquã.
6 Posteri Abraham cultores illi⁹,
filij Jacob electi sunt ab illo.
7 Ille est Dñs De⁹ noster, q iudicã
di ptãtẽ habet per vniuersam terrã
8 Meminit pacti sui, nec obliuiscet
eius vnquã, quicquid enim promisit,
constantissime seruabit, etiam si mil
le sibi mutuo gñationes succedant.

9 Memor erit eius foederis, quod
percussit cum Abraham, et iuramē-
ti, quo ipse se astrinxit Isaac.
10 Et quia firmū id esse voluit, cer
ta veluti lege obligauit se Jacob, et
Israeli perpetuo foedere astrinxit se
11 Tibi inquiēs dabo terram Ca-
naā, vt eam possideas, veluti hære
ditario iure, et tanq̄ patrimonij tui
12 Quanuis nūero essēt (portionē
paucissimi, imo propemodū nulli,
et in terra illa peregrini.
13 Et proficiscerētur peregrinorum
more ex vna natiōe in aliam, ex vno
regno ad populū alterius regni, mo
rum ab altero longe diuersorum
14 Nunq̄ tamē permisit vt quisq̄
hominum vim faceret illis, quin po
tius corripuit illorum causa reges.
15 Ne attigeritis inquiens christos
meos, et in prophetas meos videte
ne sitis iniurij.
16 Et quum aduocasset famen in
terram illam, in qua peregrinban-
tur, et omne illud, quod ad panē cōfi
ciendū conducere solet perdidisset.
17 Tum præmisit ante eos virum,
seruituti

ſeruituti mancipatus fuit Joſeph,et
venditus ab eiſdem illis, in quorũ
gratiam a Domino præmittebatur
18 Conſtrinxerunt compede pedem
eius,ferro afflicta fuit vita illius.
19 Vſq; ad tempus, quo id euenit,
quod decretũ illi a deo fuerat,ſermo
videlicet ille, quẽ ſuggeſſit illi Dñs
qui et liberauit illũ,& a ſqualore car
ceris purgatum reddidit illum.
20 Miſit rex,et ſolui iuſſit illum,is
qui ĩperiũ habebat in popłos pluri-
mos rationẽ habuit illius,qui in car-
cerẽ coniectus fuerat,et liberrari iuſſit
eũ, ſolutis quibus detinebat̃,vĩculis
21 Statuit illum Dñm (ferreis.
regiæ domus ſuæ,et imperium de-
dit illi in oĩa quæ poſſidebat ipſe.
22 Liberũ fecit illi etiam principes
regni cõijcere in vincula,et multo ſe
niores, ſapiẽtiam diſcere voluit ab
illo,et cedere in omnibus illi.
23 Et ingreſſus eſt in Aegyptũ Iſra
el,& Jacob peregrinus fuit ĩ t̃ra Chã
24 Et auxit ibi dñs popłũ ſuũ ve-
hemẽter, multitudĩe et viribus fortio
rẽ fecit ijs,q̃ ſeruitute premebãt illũ.
25 Im-

25 Immutauit animos illorum, vt
odio psequerent populū suū, & dolos
meditarentur aduersus seruos suos.
26 Quare misit Mosen seruū suū,
Aaron ipsum quem elegit.
27 Hi ædiderūt inter illos, præscrip
tis ab ipso verbis, signa, quæ iusse-
rat ipse, et portenta in terra Cham.
28 Immisit tenebras, & caligine in-
uoluit oīa: bona enī fide executi sūt
absq; vlla rebellione, quicquid ab
ipso Deo iniunctum fuerat illis.
29 Mutauit aquas eorū in sangui
nem, et occidit pisces illorum.
30 Produxit terra illorū ranas, in
ipsis penetralibus regum illorum.
31 Iussit, et subito prodijt omnis ge
neris maxima muscarū copia, et sci-
nifes extiterunt de improuiso in vni-
uersis terminis regni illorum.
32 Immisit illis pro pluuia grandi
nem, ignē flamma vndiq; coruscan-
tem in terram illorum.
33 Et percussit vineam et ficum illo
rum, et confregit quicquid fuit vsq;
arborum in finibus illorum.
34 Iussit, & continuo extitit locusta

rum maxima copia, et bruchorum
innumirabilis multitudo.
35 Hæc vastauerunt quicquid vire
bat vsq; in terris illorum, et voraue
runt fructum omnem, quem terra
producere coeperat illis.
36 Percussit prætera omne primo-
genitum in terris illorum, præcipua
omnium laborum, propter quæ in
agris colendis sudauerant.
37 Verum eduxit illinc suos onus-
tos argento et auro, nec erat in tribu
bus illorum quisq; infirmus.
38 Gaudebat Aegyptus in abitu il-
lorum: propterea quod vehementer
metuebat sibi ab illis.
39 Expandit nubem, quæ esset il-
lis instar vmbraculi per diem: et ig
nem incendit, qui lumine suo pelle-
ret tenebras per noctem.
40 Postulauerũt, et induxit cotur-
nicũ maximam vim, et pane, contra
naturam in aere nato, ad saturita-
tem vsq; impleuit illos.
41 Aperuit arētē petrã, et maxima
copia effluxerũt aquæ, et labebant
instar fluminum per loca arentia

42 Memor enĩ fuit eius, qđ pmise
rat per sanctitatem suam Abrahæ
seruo suo.
43 Quare eduxit populũ suũ cum
gaudio, & cũ exultatione electos suos
44 Et dedit illis terram gẽtiũ, et la
bores populorum ipsi possederunt.
45 Nec aliud pro omnibus his ab
illis requirebat, q̃ vt parerent statu
tis ipsi⁹, et legẽ ab ipso latã nõ vio-
larẽt: Halleluia Halleluia. 106.

CElebrate Dñm, quia benig- Cõfitemi
nus est, nec vllo tempore fi- ni Domi
nem capiet misericordia illi⁹. no quoni
2 Quis eloqui poterit potẽtiam do am bo.
mini, aut commemorare aliĳs, q̃ ve
re sit omnimoda laude dignissimus?
3 Foelices sũt illi, qui seruant æqui
tatem a Deo præscriptam: et quis-
quis ex eo præscripto iustitiæ facit
quæ facit, omni tempore.
4 Recordare quæso mei Dñe, cũ eo
fauore, quo prosequi soles populum
tuum: inuise me, et diuinæ salutis
tuæ participem fac me.
5 Vt videam & frui liceat bono, quo
hi fruuntur, quos elegisti tibi, vt

gaudeam quomodo gẽtes, q̃ charæ
sunt tibi, gaudere solẽt: vt oblectem
me vna cum pupulo, quẽ tibi veluti
hæreditario iure conquisiuisti.
6 Peccauimus et nos omnes, et pa-
tres nostri, multa inique gessimus,
nec ab ipsa impietate abstinuimus.
7 Patres nostri in Aegypto nõ pru
denter expẽderunt illa stupẽda, que
pro illis designaueras ipse: non diu
memores fuerũt omnimodæ, quam
toties experti fuerant, clemẽtiæ tuæ,
sed rebellauerunt potius iuxta ma-
re, et in ipso mari rubro.
8 Ipse tamẽ seruauit eos habita ma
gis ratione augustissimi nominis
sui, q̃ eorũ, qui salute indigni erant,
vt doceret re ipsa oĩpotẽtiam suam.
9 Cõminatus est mari rubro, et cõ
tinuo exaruit: et perduxit eos per p-
fũdissimas aquas tanq̃ per desertũ
10 Et liberauit eos a tyrannide ei⁹,
qui illos odio habebat, et redemit
eos a violentia inimici.
11 Et cooperuerunt aquæ hostes il
lorum, vt ne vnus quidem ex omni
bus reliquus fuerit.
12 Tunc

PSAL CVI.

12 Tunc quidem credebant verbis
illius, et cantabant laudes illius.
13 Verum nō diu perstiterunt in fi-
de, sed paulopost mutati sunt, et in
obliuionem venerunt ipsis opera il-
lius, non expectauerunt consiliū illi⁹
14 Cōcupiscētia exarserūt ī deserto,
⁊ periculū facere conati sūt, an vere
potens Deus esset in ipsa solitudine
15 Ipse certe tribuit illis quod peti
uerant, sed magno ipsoꝝ malo: mor
te enim mulctauit gulam illorum.
16 Et exacerbauerūt Mosē in cas-
tris ipsum Aaron consecratū Dño.
17 Aperta est terra et absorpsit Da
tan, et cooperuit eos, qui conspiraue
rant cum Abiran.
18 Subito exarsit ignis in coetu il-
lorum, flamma exussit impios.
19 Fecerūt sibi vitulum in Horeb,
et prostrauerunt se supplices ante
statuam, quam ipsi conflauerant.
20 Et mutauerunt diuinam maie-
statem quæ gloria illorū fuerat, in
simulacrū bouis victitantis foeno.
21 Obliti sunt Dei, qui seruator ip-
sorū erat, et qui designauit magna

 in gra-

in gratiam ipsorũ inter Aegyptios.
22 Stupẽda in terra Cham, admi
ratiõe dignissima iuxta mare rubrũ.
23 Quare dixerat se funditus sub-
uersurum eos, et fecisset, ni Moses
vir illi charissimus obstitisset in me-
dia vastatione, et placasset iram illi-
us, fecissetq́ ne perderet illos
24 Nihil his omnibus facti melio-
res spreuerunt terram desiderabilẽ,
nec enim crediderũt verbis illi⁹, qui
bus promiserat daturum se illam.
25 Murmaruerãt enĩ in tẽtorijs su-
is, nec obediuerunt præcepto Dñi.
26 Quare tanq̃ grauiter percussu-
r⁹ extulerat in altũ man⁹ suas cõtra
illos, vt psterneret illos in deserto.
27 Vt et posteros illorum corruere
faceret inter impias gẽtes, et disper-
geret eos per regiones varias.
28 Et subdiderunt sese iugo Baal
Phegor, et comederunt sacrificia ob
lata in venerationem mortuorum
et nihili deorum.
29 Quibus reb⁹ ad iram puocaue
runt eum, et sæuijt in illos pestis.
30 Extitit autem Phinees, & suppli
cium

cium sumpsit de transgressoribus, &
pestis cessauit continuo.
51 Et reputatum est hoc illi ad iusti
tiam, in generationem et generatio-
nem vsq; in perpetuum.]
52 Iterum irritauerunt eum iuxta
aquas cõtentionis, vbi et male affec
tus fuit Moses ipse propter illos.
53 Vexauerant enim animũ illius,
et vacillauit nonnihil labijs suis.
54 Nec perdere igitur potuerunt
populos, de quibus locutus fuerat
Dominus ad ipsos.
25 Sed ipsi potius dispersi sunt, et
captiui abducti a vicinarum regio-
nũ populis, vbi et viuere didicerũt
secundum improbos mores illorum
56 Coluerunt enim sculptilia illorũ
quæ res eis sæpe cessit male, et fuit
surdorum eis causa malorum.
57 Eo enim dementiæ eiusmodi di
sciplinis peruenerunt, vt filios suos
et filias cacodæmonibus obtulerint
crudelissimis.
58 Et effuderint sanguinem innoxi
um filiorũ suorũ et filiarũ, quos mac
tauerũt ante statuas Chanaã, et pol

 luerunt

fuerunt ipsam terram, quæ execrata
eam abominationem veluti inuita
sanguinem illorum insontũ suscepit
39 Et abominabiles facti sũt ꝓpter
scelerata opera sua, et idololatræ
studijs suis.
40 Quare excanduit vehementer
Dominus in populum suũ, et abo
minatus est hæreditatem suam.
41 Et tradidit eos diripiendos gen
tibus, Dñi facti sunt eoꝶ, qui capita
li odio semper prosecuti fuerant eos
42 Et grauissime afflixerunt eos
inimici eorum, et miseri facti sũt ty-
rannide illorum.
43 Sæpissime numero liberauit
eos: verũ ipsi sẽper sibi similes per-
rexerũt esse rebelles, et sua potius q̃
diuina cõsilia sequi: quare miserri-
mi facti sunt propter scelera sua.
44 Attamen respexit quũ pessime
esset eis, et quũ audiret eiulatus eoꝶ
45 In memoriam reuocauit foedꝰ,
qđ percusserat cum eis, pro inexhau-
sta misericordia sua poenitentia duc
tus est.
46 Et effecit, vt gratiosiores essent
apud

eps illos, q captiuos abduxerāt eos.
47 Saluos fac nos Dñe Deus noster, & collige nos ex variis illis nationibus, per quas dispersi sumus: vt laudare sine impedimento possim9 augustissimū nomē tuū, et occupati in veneratione tui, laudibus te(vti æquum est) efferre.
48 Omni laude maior Dñs Deus Israel, ab æterno et vsq; in perpetuum: itaque dicat omnis populus Amen. Halleluia.

Finis libri quarti.

107 Cōfitemini Domino quoniam bo.

LAudate Dominum qd benignus sit, nec ullo sæculo non clementissimus.
2 Fateantur hoc, quos sæpe redemit Dñs, qūos liberauit a tyrannide opprimentium eos
3 Quos e uariis regionibus in vnū collegit, ab Oriente, Occidēte, Aquilone et Austro.
4 Qui antea errauerant per loca deserta et inuia: nec viam, q duceret ad ciuitatē, qua recipi possēt, inueni
5 Qui famē patiebantur & (ebant sitim, quorū anima intra ipsos moe

tore affecta cruciabatur.
6 Clmauerunt ad Dñm quũ ægre
esset illis: ipse vero ex malis omni-
bus liberauit illos.
7 Et ostēdit illis viam rectam, qua
ire possent ad ciuitatē commodissi-
me habitabilem.
8 Celebrēt Dñm cũ gratiarũ actio-
ne cuncti, ob insignē misericordiam
illiꝰ, et mirabilia opera, que designa
uit in gratiam posterorum Adæ.
9 Cibũ suppeditauit ad saturitatē
vsq; laborantibꝰ fame, ⁊ aĩam fame
licam impleuit bono, quo indigebat
10 Quũ sederēt in tñbris et horrore
mortis, calamitosi et vincti ferro.
11 Propterea qđ deseruissent admo
nitiones Dei salutares, et consilia ei
us, qui est supra oĩa contēpsissent.
12 Afflixit quidem molestissimis cu-
ris animas illorum, corruerũt enim,
nec fuit quisq̃, qui eis aut posset, aut
succurrere vellet.
13 Verũ quũ iterũ clamarent implo
rantes auxilium Dñi, quantumuis
res eorum pessimo essent loco, ipse
tamen e malis omnibus quibus in
angustias

angustias extremas redacti fuerant
liberauit eos.
14 Eduxit eos e tenebris et horren-
da, quæ mortem ipsam minitabitur
caligine, et vincula, quibus vincti fu
erant, rupit.
15 Quare confiteantur Dominum
esse misericordissimum propter hæc
et alia innumera, quæ in gratiam
posterorũ Adæ designauit admira
tione dignissima.
16 Qui fregit portas æreas, et vec-
tes ferreos comminuit.
17 Ipsos tamẽ in stultitia persiste-
re fecit peccandi libido: quare prop
ter iniquitates suas affligebantur.
18 Omnem cibum abominata est
anima illorum, et appropinquaue-
runt vsque ad ianuas mortis.
19 Verum quum iterũ clamarẽt ad
Dñm afflicti grauissime, ipse eos eri
puit ex malis eorum omnibus.
20 Immisit verbum illud salutare
suũ, quo sanatos esse voluit eos, et
liberauit eos ab omnibus, quibus
grauissime premebantur malis.
21 Quare agnoscant Dñi immẽsam

clementiam, et opera stupēda: quæ
fecit in gratiam posterorū Adæ.
22 Offerant tibi sacrificia grati ani
mi, quibus agnoscant beneficia tua
Domine: et cōmemorent apud alios
opera tua libenter et palam.
23 Qui mare ingrediūtur nauibꝰ,
ꝛ negociant̄ ĩ aquis illis vastissimis
24 Illi re ipsa didicerūt, qualia sint
opera Dñi, et ꝙ̃ admiratiōe digna,
quæ fiunt ab ipso in ꝓfundo mari
25 Quoties enĩ libitū fuerit illi, exci-
tat vēto tēpestatē maximam, et ex-
tollit fluctus illos maris vastissimi.
26 Quibus subleuati vectores vna
cum nauibus ascēdere in coelū vsqꝫ
videntur, et iterum veluti in bara-
thrum præcipitari, quorum animi
soluuntur præ metu.
27 Raptabuntur nūc huc, nūc illuc,
et motabuntur non aliter, ꝙ̃ ebrius:
et quantumuis alioqui variarum
rerum periti et sapientes fuerint, ibi
sapientia destituet eos.
28 Nec reliqua illis in vllo alio spes
erit, ꝙ̃ in solo Domino, ad quem in
periculis constituti si clamauerint
ipsi,

ipse ex angustijs in locum spatiosū
educet eos.
29 Continuo enim cessabit tempes-
tas, sequetur serenitas, et subsident
fluctus illi maris.
30 Et merito gaudebūt q̄d subsede
rit, deducet vero eos Dn̄s recta in eā
regionē quam ipsi nauib⁹ petebant.
31 Quare fateantur Dn̄m esse cle-
mentissimum, cuius tam extant ope-
ra stupenda inter posteros Adæ.
32 Et laudibus extollant illum in
frequentia populi, et in consessu se-
num prædicent illum.
33 Qui dū vult potestatē habet, vt
flumina exiccet, et fiat terra ob steri
litatē deserta, et fluenta aquarū con
mutētur in siccitatem et sitim ipsam
34 Econtrario terram oli fructife-
ram īmissa salsugine reddere sterilē
ob scelera eorū, q̄ īhabitabant eam.
35 Terram item ob sterilitatē olim
desertam, aquarum riuulis irriga-
re: et ob nimiam siccitatem damna-
tam, fluentis aquarum donare.
36 Et inducere in eam colonos an-
tea famelicos, qui cupiant post eam
mutatio-

mutationem cōdere ciuitatem illic et
inhabitare eam.
37 Et semē iacere in agros illos no
uos, et plantare vineam, quæ fruc-
tum proferat annuum.
38 Dñs autē conatus illorum secū-
dabit, vt diuites fiant valde, et effici
et ne pecora illorum vel morbo, vel
alia calamitate minuantur.
39 Vbi vero ob scelera iterū eos pu
nire voluerit, paucissimi fiēt et abiec
tissimi, propter variam oppressionē
calamitatem et anxietatem.
40 Efficiet, vt q̄ præsūt eis īfames
fiant, et sine autoritate, quo fiet vt
subditi errēt per loca vacua et inuia
41 Sed pauperem defendet ab in
iuria et augebit familiam illius, quē
admodum grex ouium augeri solet
42 Videbunt et obseruabunt huiuſ
modi mutationes homines recti, et
gaudebunt, scelerati vero et male si-
bi consciĳ non audebunt mutire.
43 Vtinam sint multi sapientes,
qui obseruēt eiusmodi, vt intelligan
tur passim ab omnibus beneficia, et
misericordiæ Domini.

Psalmus

PSAL. CVIII

Psalmus David. 108.

Constanti sum animo Deus, Paratum
quare ⁊ voce cantabo, ⁊ psal cor meum
lam instrumentis musicis, Deus.
idq; ex animo.
2 Profer te nablum et cythara, vt
excitem ipsam auroram.
3 Celebrabo te carmininibus apud
populos varios Dñe, et psalmis
cantabo te, vt fama nominis tui in
varias spargatur nationes.
4 Maior est enim clementia tua, q̃
est distantia coeli a terra, et vsq; ad
nubes pertingit constantia tua in
præstandis promissis.
5 Exaltare supra coelos Deus, ⁊ ap
pareat per vniuersam terram ma-
iestas tua.
6 Vt liberentur e malis amici tui,
salutem adfer dextera tua, et respon
de votis meis.
7 Deus promisit per sanctitatem
suam, que res me maximo gaudio af
fecit ꝓmisit inquã distributurũ me
Sichẽ, ⁊ vallẽ Sucot dimẽsurum
8 Ad me pertinebit Galaad, meus
erit Manasses, Ephraim fortitudo
capitis

capitis mei, Juda vero dux meus.
9 Moab olla ablutionis meæ, in
Idumæam proijciam calceũ meũ,
subiectur⁹ illam mihi: vsq; ad Phi-
listeos exultans perueniam
10 Quis perducet me vsq; in ciuita
tem munitam? Quis deducet me vs
q; in Idumæam?
11 Profecto tu qui oblitus videba-
ris nostri, et non iturus cum copijs
nostris in prælium.
12 Tribue quæsumus factus placa
tior auxilium nobis, vt hostem su-
perare queamus: vana est enim sa-
lus que expectatur ab homine.
13 Freti diuino auxilio pugnabim⁹
fortiter: ipse enim conculcabit ad-
uersarios nostros.

Ipsius Dauid Psalmus. 109.

De⁹ laudē meam ne tacue ris.

DEus author et materia glo-
riationis meæ, ne quæso dis
simula.
2 Os enĩ suũ impius et homo frau
dulentus aduersũ me aperuerunt,
vsi sunt apud me lingua mendaci.
3 Verbis ab odio profectis omni ex
parte aggressi sunt me, sine vlla
caussa

caussa oppugnauerunt me.
4 Quum ego illos amore proseque
rer, ipsi perdere conabantur me: ego
vere hoc videns, ad precationem re-
curri, non habēs perfugium aliud.
5 Repēderūt enī mihi malū pro bo
no, et odiū pro amore meo in illos.
6 Præfice ergo virum illi impiū,
& angelus vexator astet ad dexteram
illius.
7 Quū caussa illius tractata fuerit
in iudicio, nō abeat illinc nisi impie
tatis condemnatus, & precatio illius
magis exasperet iudicem, et augeat
peccatum potius, q̃ remissionem im
petret.
8 Sint dies illius pauci, et prefectu
ram illius accipiat alter.
9 Fiant filij illius orphani, et vxor
illius vidua.
10 Cursitent sursum et deorsum fi-
lij illius vt mendicent, et præ penu-
ria rei familiaris, relictis domibus
suis vacuis, cibum quærere cogan
tur mendicato
11 Perdat exactor quicquid pertinet
ad illum, et diripiant extranei, quic-

quid suo labore conquisiuerat ipse.
12 Nec sit quisquam, qui vllum hu-
manitatis illi præstet officium, vel
quem misereat liberorum illius.
13 Sit finis illi⁹ interit⁹, ĩ gñatione
quæ proxime mortẽ sequetur delea-
tur, et nomen illius et filiorum
14 Reuocet in memoriã iniquitas
ꝓgenitorum ipsius apud Dñm, et
peccatum matris illius non deleatur
15 Sint hæc veluti ob oculos posi-
ta Dño, sed in obliuionẽ veniat apô
homines, qui terram incolũt, si quid
gessit vnquam dignum memoratu.
16 Propterea ꝙ ne semel quidẽ in
mẽtẽ venit illi pietatis erga proximũ
exercẽdæ, sed persecutus est virũ af-
flictũ, humano auxilio destitutum, et
fractum animo, vt occideret illum.
17 Amauit enim immanitatem, et
continget illi, odio habuit humani-
tatem, et procul recedet ab illo.
18 Omni ex parte armauit se male-
dicentia, et tanꝗ veste sua cõtexit ea
sese, et penetrauit quemadmodum
aqua, quam quis bibit, vsq; in pene-
tralia vẽtris, imo velut in ossa illius

16 Quare

19 Quare sit illi(quia ita voluit)ve
luti pallium,quo cooperire totū so-
let sese,et veluti cingulum,quod to-
tum ambire hominem consueuit
20 Haec sit merces eorū a Dño qui
male volunt mihi,et qui exercent ca
ninam facūdiā suā in perniciē meā
21 Interim tu Domine Deus trac
ta me pro genuina clementia tua
quae nomini tuo respondet,et quia
tam benigniter misericors es in om-
nes,libera etiam e malis me
22 Quia pauper et humano praesi-
dio destitutus ego sum,et cor meum
prae moerore languet intra me
23 Sicut vmbra, quae inclinante
iam die assidue crescit,& tenebris noc
tis propinquior fit,ita,et ego abū,et
abeo assidue magis,interim vagari
cogor de loco ad locum,quemadmo
dum locusta saltat nunc huc nunc il
luc,nullam certam habens sedem
24 Genua mea nutant,prae ieiunio
et caro mea exuta est pinguedine.
25 Quicquid facio ludibrio sum il-
lis,quoties vident me moto capite ri
dent me.

26 Suppetias fer mihi Domine
mi Deus, salutem adfer mihi pro
inexhausta benignitate tua.
27 Vt sciant non illos suis viribus
hæc potuisse contra me: sed quia ti
bi visum fuit ad hunc modum patiẽ
tiam meam exercere Domine.
28 Execrentur et male velint mihi
(modo faueas tu) nihil poterunt
enim, si insurrexerit in me, in ipso co
natu deficient, et infames fient, seru
us autem tuus gaudebit.
29 Cõtegant vndiq; ignominia, ve
luti veste aduersarij mei, & induant
toti tanq̃ pallio, infamia qua digni
30 Celebrabo dominum toꝰ (sunt
tis viribus ore meo, et in medio
multorum palam laudabo illum.
31 Astitit enim ad dexteram egeno,
vt defenderet et seruaret illum a vio
lentia eorum, qui falso iudicio perde
re conabantur illum.

Ipsius Dauid Psalmus. 110.

Dixit dominꝰ dño meo.

DIxit Dominus dño meo sede
a dextris mihi, quoad fecero
qui nunc sunt inimici tui tam
subiectos, vt conculcare illos pedi
bus

PSAL. CXI.

bus possis, nō aliter q̄ scabellū solet
2 Robur fortitudinis tuæ emittet
dn̄s ex Sion: itaq; dominare inui-
tis omnib⁹, in medio hostiū tuorum
3 Poplus tuus spontaneas offeret
ꝛ liberales oblationes tibi, quo tem
pore apparebit omnipotentia tua,
et omnimod⁹ ille decor, qui te comi-
tabitur: ante auroram enim cecidit,
qui gratiosissimū te faciet omnibus,
ros natiuitatis tuæ.
4 Iurauit Domin⁹, nec vnquam
poenitebit eum, tu eris sacerdos in
perpetuum, iuxta ritum a me præ-
scriptum Melchisedech.
5 Dn̄s astans tibi a dextris percus
sit reges, quū irasceret illis propt te
6 Suppliciū sumet de gētib⁹ quæ
rebellabunt tibi, plena erūt oīa ca-
daueribus: percutiet hostium tuorū
caput, cuius ditio latissime extende-
rat sese per terram nobilissimam.
7 E flumine in transitu bibet, pro-
pterea exaltabit caput. Halleluia. III

OMnia mea Dn̄o accepta re- Confite-
feram ex toto pectore, palam bor tibi
in cœtu ꝛ cōgretiōe iustorum Domine

2 Magna ſũt opera Domini, quod
conſtat omnibꝰ illis, qui pio ſtudio
ſcrutantur ea.
3 Laude et honore dignũ eſt, quic/
quid facit Dñs, a genuina enim ſua
iuſtitia recedere non poterit vnq̃.
4 Effecit ne vnq̃ perire poſſit me/
moria operũ ſuorũ tam mirabilium
miſericors ipſe et pius Dominus.
5 Spolia hoſtiũ diuiſit cultoribus
ſuis, in memoria habebit pactum
ſuum perpetuo.
6 Quanta fuerit opus potẽtia pri/
uſq̃ fieri potuerint, quæ fecit, oſten/
dit reipſa populo ſuo, quũ daret illi
poſſeſſiones aliarum nationum pul
ſis illic illis, quorum fuerant antea.
7 Opera manuũ illiꝰ fidei, et æqui
tatis ſũt pleniſſima, optima fide ſta
tuit, et vtiliter quæcunq; ſtatuit.
8 Confirmata ſunt, nec conuelli po/
terunt vllo vnq̃ ſæculo: decreta eni
ab eo ſnut optima fide, et ſumma
cum æquitate.
9 Liberationẽ attulit populo ſuo
decreuit pepetuo duraturũ pactum,
quod inĳt cum ſuis, is cuius nomen
ſanctiſſi/

ſanctiſſimum eſt et auguſtiſſimum.
9I Initium ſolidæ ſapientiæ eſt ti-
mor quo reueremur Dñm, ⁊ pruden
tia ſalutaris manet illos, qui ſeſe ex-
ercent in his: laudem enim aſſequen
tur perpetuo duraturam.

Halleluia 112

BEatus vir qui reueretur Do-
minum, in mandatis illius
inueniet quibus oblectare ſe
poterit mirifice.

Beatus vir qui timet dominum.

2 Potens in terra erit ſemen illius,
generatio candida Domini benefi-
cio beatiſſima erit.
3 Abũdantia ⁊ diuitiæ in domo illi⁹
iuſtitia illius ſtabilis erit perpetuo
4 Exorietur, aliĳs deſidentibus in
tenebris, lux rectis: clementi vide-
licet, pio, et iuſto.
5 Felix vir qui miſericordia mouet
erga pauperes, et mutuo dat: dabit
enim illi Dominus eam prudẽtiam,
vt diſpẽſare ſciat reliqua, quæ trac
tanda illi erunt cum iudicio.
6 Nunq̃ loco ſuo mouebit̃, ⁊ in me
moria erit perpetua: tanq̃ vir iuſt⁹
7 A tumore mali alicuius appro-

 pinquan

pinquantis nihil metuet sibi, constans enim erit perpetuo animus ei9: et propterea quod propitium habeat Dominum, imperterritus
8 Animo erit præsenti, nec quenq̃ timebit: quin potius tandem visurus est in hostibus suis, qualia quivis alius vellet in suis
9 Elargitus est sua pauperibus, quare iustitia illius stabilis erit perpetuo, et cornu illi9 augebitur assidue cum gloria
10 Impius aspicere cogetur hæc, et habebunt illum pessime: frendet dẽtibus et contabescet: studium impiorum, quo nocere cupiunt pijs ineffica x erit, et peribit

Halleluia 113

Laudate pueri Dominum.

LAudate serui dñi dñm, laudibus efferte nomen domini
2 Celebretur nomen domini laudibus, ab hoc tempore vsq; in perpetuum
3 Ab ortu solis vsq; ad occasũ, laudibus merito extollet nomen Dñi.
4 Exaltatus est super oẽs gentes Dñs: et supra coelos maiestas eius

5 Quis

5 Quis similis est dño deo nostro,
qui seipsũ in altum erigit: vt sedeat
quocunq; loco libitum fuerit illi?
6 Et rursus seipsum cõuertit ad cõ
templanda quæcunq; fiant, vel in
coelo, vel in terra.
7 Qui erigit, quoties vult iacentem
in puluere pauperem, et e luto extrac
tum egenum præficit aliis.
8 Vt sedere liceat illi inẽ primores,
primores inq̃, quibus data prouin-
cia est gubernandi populum Dñi.
9 Qui facit sæpenũero, vt domus
ob sterelitatẽ matronæ vacua, ha-
bitatissima fiat, et quæ antea natu-
ra fuerat sterilis, fiat mater ob mul
titudinem liberorum gaudens.

Halleluia. 114.

Qvũ egrederet Israel ex ægyp
to, et posteri Iacob relinque-
rẽt populũ alteri⁹, q̃ qua ip-
si loquerentur linguæ.

In exitu Israel de ægypto.

2 Tũc fiebat Juda particeps scti-
moniæ dei, & tot⁹ Israel pre cæteris
natiõib⁹ ditioni eius subiiciebatur.
3 Mare sẽsit præsẽtiam diuini nũis
et fugit: Jordanis abiit retrorsum.

 4 Mon-

4 Montes ſubſilierunt tanq̃ arie-
tes, et colles veluti agni ouium.
5 Quid accidit tibi o mare qđ fuge
ris, o Jordaĩs qđ receperis te retrorſũ
9 Et vobis mõtib⁹ q̀ ſubſilieritis
tanq̃ arietes, et collibus q̀ exilieritis
ſicut agni laſciuiẽtes inter reliquas
7 Præſentia Dñi in cauſa, (oues
fuit, q̀ ipſa cõtremuerim tota terra:
ille dominus in cauſa fuit, qui idem
Deus eſt Jacob.
8 Qui contra naturam lapidis effe
cit, vt e petra maxima copia effluxe-
rint aquæ, et e ſilice vluti e fonte
maximo.

115.

Non nobis Dñe nõ nobis ſed nomini tuo da

NOn quaſi nos mereamur
Dñe, non inq̃ quaſi nos me-
reamur: ſed ne nominis tui
maieſtas lædatur, libera nos, pro
tua benignitate, et fide qua te ob-
ſtrinxiſti adfuturum nobis.
2 An æquo animo ferre diutius po
teris, vt qui nos affligunt impij cum
iniuria nominis tui dicant, vbi nunc
Deus eſt horum?
3 Certe de⁹ noſter ẽ ĩ coelo, vnde q̃c
quid illi vnq̃ libitũ fuit facere, fecit.

4 Veſ-

PSAL CXV.

4 Vestrae autē statuae, quas pro
dĳs habetis, nihil q̄ argentum sunt
et aurū, opera hominis manu facta
5 Formam oris insculpsit illis arti-
fex, sed vsum addere non potuit: ni-
hil enī sonare queūt: oculos praete-
rea ab artifice datos habent, sed qui
bus nihil omnino videre possint.
6 Aures insuper quibus nihil au-
diant, nares quibus nihil olfaciant.
7 Manus etiam, sed quibus palpa
re nequeant, pedes quibus incedere
non valeant: guttur quo nullum so-
num aedere possint.
8 Similes fiant his statuis, et qui
faciunt eas, et quotquot spem suam
ponunt in eis.
9 Tu aūt Israel spē tuā pone ī dn̄o
suppetias enim feret, et veluti scuto
proteget, quotquot credunt se illi.
10 Domus Aaron fidite Domino,
auxilio enim erit: et veluti scuto pro
teget quotquot credunt se illi.
11 Qui reuerēter colitis dominum,
fidite Domino, nihil desperantes:
auxilio enim erit, et veluti scuto pro-
teget illos, quotquot tales sunt.

12 Domi

12 Dñs nūq̃ nō pro sua benignitate
memor fuit nostri, quare et nunc fa-
ciet bene, faciet inq̃ bene populo Is-
raeli, fatiet et bene familiæ Aaron.
13 Bene etiam faciet quotquot reue
rentur Dominum, siue parui fue-
rint, siue magni.
14 Addet ad vetera bñficia etiā no
ua vobis, vobis inq̃ ꝛ filijs vestris.
15 Chari enim estis vos illi Domi-
no, qui author est coeli et terræ.
16 Coelū hoc ingēs, vastū hoc inq̃
coelū solus absq; hūano ministerio
gubernat Dominus, terræ vero po
steros præfecit Adæ.
17 Nō poterūt qui mortui sūt apd
viuos laudare seruatorem omnium
dominum: neq; illi quorꝫ corpora se
pulta sunt, hic inter viuos poterunt
præconijs extollere Deum.
18 Sed nos quoad vixerimus lau-
dabimus Dominum, ab hoc tempo
re vsq; in finem vitæ perpetuo. Hal-
leluia.

116.

Dilexi quoniā exaudi

AMaui Dominum, quod ex-
auditurum confidam illum
preces meas.

2 Olim

2 Olim enim sæpe præbuit aurem
suam mihi: quare quoad vixero, nō
alio clamoribus meis recurram q̄
ad ipsum.
3 Cinxerant me funes mortiferi,
et præsentissima pericula corruendi
in sepulchrum apprehenderant me:
nihil præter afflictionem et anxieta
tem inueneram circa me.
4 Quare ego auxilium Domini im
plorabam dicens: obsecro Domine
libera animam meam.
5 Et cōtinuo deprehendi misericor-
dem esse dn̄m et iustū, et Deum nos
trum pietatis obliuisci non posse.
6 Custos est dn̄s eorū, qui per se sa
pere non possunt: quum enim affli-
gerer grauissime: et consilij expers es
sem, ipse saluauit me.
7 Redi o aīa mea ad veterem tran
quillitatē tuam, Dominus enim pro
te persoluit, quicquid debebas tu.
8 Liberasti Domine a morte ani-
mam meam, oculum meum a fletu,
et pedes meos a lapsu.
9 Securus obambulabo posthac
sub tutela Dn̄i in atrijs eius, vna

cum illis, qui viuunt vere.
Credidi propter q̃d locu. 10 Firmissime credidi, quare et lo-
quebar confidenter, etiam quũ gra-
uissime periclitarer.
11 Imo in trepidatione, & summa p
pemodum desperatione mea cõstan
ter dicebam, omnis quidem homo
mentitur, et fallere potest, verum de
us nequaquam.
12 Quid retribuam Domino, cui⁹
tam varia extant in me redempti
onis beneficia?
13 Poculũ gratiarum actionis pro
nouo hoc salutis genere in altum
sustollam, et auxilium Domini im
plorare non desinam.
14 vota mea vtique Domino per-
soluam palam in præsentia totius
populi illius.
25 Grauate Dñs nec temere occidi
sinit quemquam sanctorum suorũ:
charissimi enim sunt illi.
16 Merito te amo benignissime Do
mine, quod me seruum tuum, me in
quam seruum tuum, et filium ancil-
læ tuæ dignatus sis, effracto carce-
re e vinculis eripere.

17 Quare offeram tibi sacrificia,
quibus maxime delectaris pro accep
tis videlicet beneficijs gratiarum ac
tiones, nec desinam vnquam auxilium
Domini implorare.
18 Haec vota mea Dño persoluam,
palã spectãte vniuerso populo ipsi⁹
19 In ipsis atrijs domus Dñi, in
medio Hierusalem. Halleluia

117.

Laudate dominum vniuersae gentes, laudibus extollite illũ quotquot vsquam estis populi. Laudate Dñm omnes gen.
2 Copiosissime enim vsus est erga
nos genuina misericordia sua, ⁊ con
stantia ipsius in promissis duratu
ra est perpetuo.

118.

Laudate Dñm, benignus est enim, et perpetuo duratura est clementia illius. Cõfitemini Domino quoniam bon⁹.
2 Fateatur ex animo hoc Israel,
perpetuo duraturam clemẽtiam illi⁹
3 Fateantur ex animo posteri Aa
ron, quod perpetuo duratura sit cle
mentia illius
4 Fateant ex animo hoc quotquot
reuerentur illum, quod nunquam non sit
misericor-

misericordissimus ipse.
5 Quum essem constitutus in peri-
culis, imploraui auxilium seruatoris
Domini, qui et exaudiuit me, et per-
duxit me in locum spatiosum idem
seruator ille Dominus:
6 Dominus adest mihi, quare non
timebo quicquid moliatur aduersũ
me homo.
7 Dominus stat pro me, inter auxi-
liantes mihi ipse præcipuus est:
quare videbo euenire hostibus me-
is, qualia quisq̃ optaret suis.
8 Multo est melius spẽ suam collo-
care ĩ Dño, q̃ fidere cuiuis hominũ
9 Multo est melius spẽ suam collo
care in Dño, q̃ fidere vlli principum
10 Etiam si variæ gẽtes circũdede-
rint me nihil solicitus ero: fretus enĩ
auxilio Dñi facile perdam omnes.
11 Cingant me et diligentissime cir-
cumdent, nihil tamẽ metuam, sed fre
tus axilio Domini perdam omnes.
12 Circũdẽt me tam copiosi et mor-
daces, q̃ esse solẽt examina apũ, ex-
tinguentur tam subito, q̃ ignis per
stipulas volitans, Dñi enĩ fretꝰ auxi
lio nullo

lio nullo negocio subuertam illos.
13 Maximo studio conat⁹ est aduer
sarius me⁹ sic impellere me vt cade-
rem, verũ Dñs auxilio fuit mihi.
14 Fortitudo mea ⁊ argumentũ car
minis mei ipse est seruator Domi-
nus: quare confido futurum vt au-
thor mihi fiat omnimodæ salutis.
15 Tũ audietur vox exultationis, et
pro adepta salute gratulationis in
edibus iustorum, dextera enim Do-
mini operabitur in eis fortiter.
16 Dextera Domini exaltabitur, dex
tera Domini operabitur fortiter.
17 Non moriar sed viuam, et cõme-
morabo opera Domini.
18 Docendo diligẽter docuit me do-
minus, nec morti tradidit me.
19 Aperite mihi portas iustitiæ, et
ingrediar per eas, ⁊ gratiarũ actio-
nibus laudabo seruatorẽ Domnũ.
20 Hæc est illa porta Domini, iusti
ingredientur per eam.
21 Grtias agam tibi qđ afflixeris
me, et iterum salute donaueris me.
22 Lapidẽ repudiauerũt ædifican
tes, sed fact⁹ est ille in caput anguli.
⁋ mirifi-

23 A Dño factum est illud, et est res
mirifice mirabilis in oculis nostris
24 Hunc diem fecit Dominus, exul-
temus et lætemur in eo.
25 Quesum⁹ Dñe serua nos nũc,
quæsum⁹ dñe foelicitatẽ adfer nunc.
26 Omni laude maior hic est, qui
aduenit legatus a Domino ad nos,
bene precati sumus vobis, et nos e
domo Dñi, et foelices iudicauimus.
27 Omnipotens Deus Dominus
est, & illuminauit nos: quare colliga-
te sub diem festum ramos, et tem-
plum ornate vsq; ad cornu altaris.
28 Deus me⁹ es tu, quare cum gra-
tiarum actione laudabo te, et laudi-
bus te Deum meum extollam.
29 Celebrate Dñm, benignus est
enim et nullo vnq̃ tempore nõ mise-
ricors. 119. Aleph.

Beati im maculati in via.

FOelices, q̃ innocẽter viuũt in
hac vita, et quotquot ambu-
lant secundũ doctrinam Dñi.
2 Foelices, qui obtemperant admo-
nitionibus illius, et toto pectore stu-
dent placere illi.
3 Profecto tales nullum scelus ad-
mittent

PSAL. CXIX.

mittent, ſed recta per vias, quas il-
lis monſtrauit gradientur.
4 Tu præcepiſti mandata tua ob-
ſeruari diligentia ſumma.
5 Vtinam dirigantur abs te greſſ⁹
mei, vt poſſim per omnia obſequi
ſanctiſſimis præceptionibus tuis.
6 Tunc enim nunquam pudefie-
rem, ſed ſemper ante oculos habe
rem vniuerſa mandata tua.
7 Celebrabo te pectore candidiſſimo,
vbi docueris me rōnē equitatis tue.]
8 Mādata tua obſeruabo pro viri-
b⁹, niſi tu deſtitueris me auxilio tuo

Beth.

1 Qua maxime re corrigere poterit
adoleſcens licentioſius vite ſuæ ge-
nus? nulla magis quam ſi diligenter
obſeruauerit verba tua.

In quo corrigit adoleſcē-tior viā.

2 Toto pectore ſtudui placere tibi,
quare ne ſinas queſo aberrarė me a
mandatis tuis.
3 In aīo meo repoſui ꝟba tua, ne
4 Omni laude maior tu (peccē tibi.
Dñe, doce quæſo me præecpta tua.
5 Labiis meis recenſui omnia [iudi-
cia profecta ab ore tuo.

cia profecta ab ore tuo
6 Modꝰ & ordo admõitionũ tuarũ
oblectauit me, quãtũ nulle diuitiæ.
6 In mandatis tuis exercebo me, et
diligenter expendam semitas tuas.
8 In præceptis tuis oblectabo me,
nec obliuiscar verborum tuorum.
Retribue seruo tuo
Gimel.
1 Hoc presta seruo tuo, vt viuere liceat et parere mandatis tuis.
2 Aperi oculos animi mei, vt intelli
gere queam admiranda illa myste-
ria, que continẽtur in doctrina tua.
2 Peregrinus sum ego in terra, ne
celaueris quæso me mandata tua.
4 Fractus est animus meus præ ni
mio et perpetuo desiderio cognoscen
di æquissima iudicia tua.
5 Increpasti acriter superbos, exe-
crabiles fient quotquot aberrant a
mandatis tuis.
6 Libera me a probro & contemptu
illorum superborum, quia admoni-
tiones tuas custodiui.
7 Quoties sederunt congregati prin
cipes, vt contra me loquerentur, ser
uus tuus nihil aliud q̃ exercebat se
in

in mandatis tuis.
8 Profecto admonitiones tuæ oblec
tauerunt me: et fuerunt veluti viri a
a consiliis mihi.
Daleth. Adhæsit
1 Adhæsit pulueri anima mea, et pauimẽ-
tantum non perij, restitue me pristi- to aĩa
næ valetudini iuxta promissa tua.
2 Opera mea recensui: quare exau-
disti me, doce quæso me intelligere
mandata tua.
3 Genuinam sententiam mandato-
rum suorũ asse qui fac me, hoc si mi-
hi contigerit, exercebo diligenter me
in mirabilibus tuis
4 Solutꝰ est mihi animꝰ pre anxie-
tate, erige me secundũ verbũ tuum.
5 Studium mentiendi et facate vi-
uendi aufer a me, secundum legẽ ve-
ro tuam misericorditer tracta me
6 Genus vitæ candidum et con-
stans elegi, et æquissima iudicia tua
proposui ante oculos mihi
7 Sectatus sum testimonia tua Do
mine, ne vnquam sinas me cum pu-
dore frustrari spe mea.
8 Per viam mandatorũ tuorũ currã

vbi tu gaudio dilataueris cor meũ.

He.

Legem pone mi-hi Dñe.

1 Doce me Dñe intelligentiam man-
datorũ tuorũ, vt ad eam seruandam
quoad vixero accommodem me.
2 Eam prudentiam tribue mihi, vt
intelligam, atq; ita præstẽ, quæ præ
scribit lex tua, et obseruẽ toto pectore,
ne quid faciam contra.
3 Deduc me secundum genuinam
sententiam mandatorum tuorum,
hoc enim semper optaui maxime.
4 Inclina cor meũ in amorem pre-
ceptionum tuarum, et ab auaritia q̃
alienissimum effice me.
5 Auerte oculos meos ne capiantur
amore rerum vanissimarum, quin
potius tuis admonitionibus ad vi-
tam perduc me.
6 Propone seruo tuo eum sermonẽ,
q̃ maxime inuitat ad venerationẽ tui
7 Aufer infamiam, a qua metui mi-
hi, iudicia enim tua clementiæ ad-
mixtum habent plurimum.
8 Ego certe amaui mãdata tua, qua
re p̃ tua equitate in vita cõserua me.

Vau.

1 Contin-

1 Contingat mihi, vt particeps siã
omnimode benignitatis tue Dñe, et
salutis, quam promitunt verba tua.

Et veniat super me misericordia.

2 Vt habeam quod respondeam ei,
qui exprobrat mihi, quod dicere sole-
am fidere me promissioni tuæ.
3 Quare ne vnquam sinas quæso
irritum fieri hoc, quod sæpe dixi et
vere, iudicia enim tua expectaui, qui
bus palam fiet mea ne, an aduersa-
riorum causa sit mellior.
4 Vt obseruem legem tuam assidue
longo tempore, imo semper.
5 Et vt ambulare queã sine offẽdicu
lo per loca spatiosa, mandatorũ em̃
tuorum studiosus inuestigator fui.
6 Quare et loqui audebo de tuis
constitutionibus in conspectu regũ
constanter et sine vllo pudore.
7 Et oblectabo me mandatis tuis,
que semper amaui.
8 Tollam in altum manus meas, vt
opere præstem, quæ præscribunt
præcepta tua, que amaui, et ore lo-
quar de æquissimis legibus tuis.

Zain.

1 Memor esto eius, quod promisis-

Memor

ti seruo tuo, quo et spem magnam
concipere iussisti me.
2 Haec promissio cõsolata est me tẽ-
pore afflictionis meae, verbum enim
hoc tuum effecit, ne moestitia extin-
guerer, sed in vita continerer.
3 Superbi insultauerũt mihi miris
modis, ego vero lege tua consolatus
sum me, nec alio q̃ ad eam confugi
4 In memoriam reuocaui quanta
aequitate et iudicio olim tractaueris
patres nostros Dñe, quae res pluri-
mum attulit consolationis mihi.
5 Horror inuasit me quoties perpen
di sceleratum et periculosum impio
rum vitae genus, quod viderem con
temnere eos doctrinam tuam
6 Pro carminibus fuerũt mihi prae
ceptiones tuae, quocũq; loco fuissem
tempore exilij mei.
7 Memor fui media nocte nominis
tui dñe, vt seruarẽ doctrinam tuam.
8 Hoc mihi summopere fuit curae,
vt mandata tua seruarem

Het.

Portio mea Domine

1 Portio mea es tu dñe, quare statui
seruare q̃ mandata sunt verbis tuis.

2 Am

2 Ambiui toto pectore fauorē tuum
erga me, misereat te quæso mei iux-
ta verbum tuum, quo promisisti ad
futurum te mihi.
3 Recensui vias meas, totam videli
cet vitam meam, et reuocaui pedes
meos in viam rectam, et ad ea, quæ
præscripta mihi sunt abs te.
4 Festinaui absq; dilatione custo-
dire mandata tua.
5 Studijs nocendi veluti vinculis
scelerati hoīes tantū non illaqueaue
rūt me, ego vero qualiacūq; essēt pe-
ricula, doctrinæ tuæ non sū oblitus
6 Media nocte surgam, vt gratias
agā tibi p æquissimis iudicijs tuis.
7 Socius sū ego et amicus omniū
illorum, qui venerantur te, et qui ser-
uant mandata tua.
8 Benignitate tua Dñe plena est
terra: quare præcepta tua doce me.

Thet.

1 Bene egisti cum seruo tuo Domi-
ne, et iurta promissa tua.
2 Vtilitatem quæ est in cognitione
legis tuæ doce me, mandatis enim
tuis maximam inesse vim firmissi-

Bonitatem fecisti cum seruo

me credidi.
3 Priusq̃ diligenter auscultarem ad
mandata tua, sepe aberraui : nunc
aũt attentior factꝰ, ꝟbis tuis parebo
4 Benignꝰ es tu, doce queso me in
telligentiam mandatorum tuorum.
5 Excogitauerũt aduersum me men-
dacium superbi: verum ego toto pec-
tore incumbebam in hoc, vt serua-
rem mandata tua.
6 Impinguatum est et stupore ve-
luti aruina obductum cor illorum, e-
go vero doctrina tua oblectatꝰ sum.
7 Vtile fuit quod rebus aduersis
non nihil afflictus fuerim, hoc enim
in causa fuit, vt studiosius discere cu
perem mandata tua.
8 Gratior est mihi doctrina oris tui,
q̃ vel auri vel argenti pōdo mille.
Iod.
Manus tuæ fece- 1 Manus tuæ fecerunt me, et maxi-
runt me mo artificio absoluerunt, da quæso
eam mihi mentem vt discere possim
intelligentiam mandatorum tuorum
2 Tunc enim cultores tui videbunt
me, et gaudebunt, quod in promissi-
onibus tuis posuerim spem meam.
3 Not-

3 Noui Domine quod ipsissimæ
æquitas sint iudicia tua, et merito
affixeris me.
4 Verum sit quæso tandem malo-
rum satis, et pro tua benignitate cō-
solare me, id enim promisisti seruo
tuo verbis tuis.
5 Adueniant misericordiæ tue, vt
reuiuiscam, doctrina enim tua vehe-
menter oblectat me.
6 Infames fiant superbi, qui sine
causa vexauerunt me, ego interim ex-
ercebo me in mandatis tuis.
7 Conueniant apud me, qui reue-
renter colunt te, et qui nouerunt ad-
monitiones tuas.
8 Fiat anim⁹ meus purus manda-
tis tuis, vt nunq̄ pudore suffundar.

Caph.

1 Vir ampli⁹ est apud se pre deside- Defecit
rio salutis, quā expectat aīa mea abs in saluta
te, promissis tamē tuis non diffidam. ri tuo a-
2 Anxie cupiuerūt oculi mei videre nima.
quod promisisti, quoties dicebam,
quando tandem consolaberis me?
3 Quamuis similis esset cutis mea
vtri fumo in rugas cōtracto, mādato

rum

rum tamen tuorum non fui oblitus.
4 Quot adhuc reliquae sūt dies ser-
uo tuo? quando tandē de his qui
persequntur me, supplicium sumes?
5 Foderunt in perniciem meam fo-
ueas superbi, verum id non docue-
rat eos doctrina tua
6 Uniuersa mandata tua fidei ple-
nissima sunt, quare, quū sine causa
persequantur me. auxilio sis mihi tu
7 Tātū nō prostrauerāt me in terrā
ego tamē non deserui precepta tua
8 Pro benignitate tua in vita con-
serua me, vt custodire possim doc-
trinam oris tui

Lamed.

In aeter- 1 Perpetuo Dñe quicquid vnq̃ fie-
nū Dñe ri voluisti, stabile erit in coelis
2 In generationem et generatio-
nem cōstantia tua in promissis du-
rabit: stabilem esse voluisti terram,
et stabilis erit
3 Quibus modis vnumquodq; sub
sistere voluisti, vsq; in hodiernum
diem subsistit: omnia enim obediūt
imperio tuo
4 Nisi doctrina tua recreasset me,
tum

PSAL. CXIX.

tum moerore periissem, quum affli-
geret tam periculose.
5 Nunq̃ obliuiscar mãdatorum tuo-
rũ per ea enim seruasti vitam mihi.
6 Tuus per omnia sũ ego, serua
me: mandata enim tua scrutat⁹ sũ,
7 Expectantes obseruauerunt im-
pij me, vt perderent, sed ex constitu-
tionib⁹ tuis intelligebam quid face-
re contra operteret me.
8 Nihil tam absolutum, cuius non
viderim interitum, præter latissime
se extiendens mandatum tuum.

Mem.

1 Quam amaui legem tuam? toto Q̃uõ di-
die ipsa fuit occupatio mea. lexi legẽ
2 Inimicis meis prudentiorem feci-
sti me mandatis tuis, nec vnquam
sinam me auelli ab illis.
3 Vniuersis, qui me docere conati
sũt, prudẽtior euasi, idq; propt̃ iugẽ
constitutionũ tuarũ meditationem.
4 Ipsos senes prudentia superaui,
q; mandata tua custodirem.
5 Ab omni semita mala auerte pe-
des meos, vt custodire commodius
possim verba tua.

6 A iudicijs tuis non recessi: tu
enim docueras me.
7 Quam fuerũt suauia palato meo
verba tua? certe magis quam ori mel
vllum esse possit.
8 Præceptis tuis prudens fiam: qua
re et odio prosequar oẽm semitam
mendacij. Nun.
Lucerna pedibus meis. 1 Instar lucernæ fuerunt pedibus
meis verba tua: et veluti lux iuxta se-
mitam mihi.
2 Iuraui et persistam in proposito
seruandi, quicquid æquissimo iudi-
cio præcepisti.
3 Afflictus sum vehementer Domi-
ne, in vita conserua me sicut pollici-
tus es verbis tuis.
4 Pias has oblationes oris mei gra
tanter queso accipe Domine, et iudi-
cia tua doce me.
5 Vitam meam veluti in manu om-
nib⁹ expositã porto: doctrine tamen
tue in malis tã presẽtib⁹ nõ sũ oblit⁹
6 Expanderunt impij rete in perni-
ciem meam, a mandatis tamen tuis
ego non aberraui.
7 Possidere constitui constitutiones
tuas

tuas tota vita mea: oblectationi
enim cordi meo sunt
8 Accommodaui animum meum vt
opere præstem præcepta tua, vsque
in finem vitæ meæ

Samech.

1 Sceleratos odio habui: legem Iniquos
autem tuam amaui odio ha-
2 Latibulũ et scutũ es mihi tu, quare bui.
in v̄bis tuis totã spẽ meã collocaui.
3 Recedite a me improbi, ne impedi-
mento sitis mihi mandata Dei mei
custodire volenti
4 Conforta me verbis tuis vt vi-
uam, neque frustreris me spe mea
5 Sustẽta me et saluꝰ ero, et oblecta
bo me mandatis tuis, quoad vixero.
6 Conculcasti vniuersos, qui rece-
dunt clam a mandatis tuis, propte-
rea ꝙ subdola est cogitatio illorum
7 Veluti scoriã erasisti e reliquo ho-
minũ nũero oẽs ĩpios, q̄ erant in ter-
ra, ꝑpterea amauiadmonitiões tuas
8 Sic erasisti impios, vt exhorrue-
rit pre metu caro mea, et a iudiciis tu
is, secundum que de impiis suplici-
um sumpsisti, exterritus fuerim

Ain.

Ain.

Fieci iudicũ et iustitiam

1 Facere soles quod iustum est et aequum, quare non relinques me tyrannidi opprimentium me.

2 Instiga seruum tuum ad bonũ, ne opprimant me superbi.

3 Oculi mei caligare ceperunt, prospectantes diu, num alicunde aduniret salus abs te, verbo iustitie tue promissa.

4 Fac cũ seruo tuo secũdũ benignitatẽ tuã, vt mãdata tua doceas me.

5 Seruus tuus ego sum, quare eam mihi tribue mentem, vt intelligere queam ceremonias tuas.

6 Tempus appetit, quo sumturus es supplicium Dñe de impijs: nihili enim fecerunt doctrinam tuam.

7 Quare amaui precepta tua magis, q̃ aurum etiam purgatissimum.

8 Propterea mandata tua omnia iudicaui esse iustissima, et oẽ genus vitae fucatum odio habui.

Phe.

Mirabilia testimonia tua

1 Admiratione digne sũt ceremoniae tuae, quare obseruauit eas aĩa mea.

2 Initiũ ṽborum tuoum lumẽ adferet,

feret, et docebit prudentiã imperitos.
3 Ore meo veluti hiabam, vt asse-
querer prudentiam, mandata enim
tua vehementer amaui.
4 Respice me et miserere mei, quõ
misereri soles eorum, qui amantes
sunt nominis tui.
5 Fac tendant omnia studia mea in
verba tua, et ne sinas in me domina-
ri vllam iniquitatem.
6 Libera me a calumnia hõminis,
vt custodire liceat mandata tua.
7 Fac clare appareat fauor vultus
tui erga seruum tuum.
8 Riui aquarum effluxerũt ex oculis
meis: propterea ꝙ alio me abduxe-
rint, et non seruauerint legem tuam.

Tsade.

1 Iustus es Domine, et rectum iudi- Iustus es Dñe
cium tuum.
2 Adesse voluisti iustitiam statu-
tis tuis, et veritatem valde.
3 Molestissime tuli ꝙ contempse-
rint verba tua hostes mei.
4 Purus est per omnia sermo tuus
valde, quare seruus tuꝰ amauit eum
5 Iuuenis sũ ego et contẽptui illis,

mandata tamē tua non sum oblit9.
6 Iustitia tua iustitia perpetua, et
lex tua stabilis.
7 Quoties aduersi aliquid, et quod
me premeret accidisset, mandatis tu-
is consolabar me.
8 Iustitia comitabitur præcepta tua
perpetuo, fac vt intelligam hoc et vi-
uam. Coph.
Clama- 1 Imploraui auxiliū tuū toto pecto-
ui in to- re, audi quæso me Domine, vt pos-
to cor. sim implere mandata tua.
2 Clamaui ad te, serua quæso me
vt custodiam ceremonias tuas.
3 Ante diluculū euigilaui, et clama-
ui q9 spes mihi omnis esset in pro-
missionibus tuis.
4 Anteuerterunt oculi mei vigilias
nocturnas, vt exercerē me ī dbis tuis
5 Vocem meam audi pro benignita-
te tua, secundum iudicia tua vitam
dona mihi Domine.
6 Magno conatu egerūt q persequū-
tur me, vt scelerata designarent: qua-
re a lege tua absunt q̄ remotissime.
7 Prope ades tu Domine, et omnia
mandata tua æquitas.

PSAL CXIX.

8 Ab initio cognoui de admonitio-
nibus tuis, quod perpetuo stabiles es-
se volueris eas. Res
1 Vide afflictionē meā et libera me, Vide hu-
quia doctrinæ tuæ nō sum oblitus. militatē.
2 Patrocinium suscipe caussæ meæ,
et redime me iuxta verbum tuum, ne
sinas vitam adimi mihi.
3 Procul abest ab impijs sal⁹, quia
mandata tua non fuerunt curæ illis.
4 Infinitis modis misericors es do-
mine, secūdum cōstitutiōes tuas æ-
quissimas vitam tribue mihi.
5 Multi sunt qui persequuntur me,
et hostes mei numero sunt plurimi,
a constitutionibus tamen tuis non
declinaui.
6 Aspiciebam præuaricatores, et in-
uasit me horror propter amentiam
illorū, quod viderem mandata tua
non obseruari ab illis.
7 Respice misericorditer me, quia
mandata tua amaui, Domine pro
tua benignitate misereat te mei.
8 Caput et summa verborū tuorū
stabilitas, perpetuo durabit æquissi-
mum iudiciū tuum. Schin.

1 Potentes principes persecuti sunt
me, quos non tantopere metui, q̃ ti-
mui ex animo ne a verbis tuis disce-
derem.
2 Pl⁹ capio voluptatis ex verbis tu
is, q̃ qui inuenit thesauru͂ maximu͂.
3 Mendacium et vanitatem odio
habui et execratus sum: legem vero
tuam amaui.
4 Septies per diem laudaui te,
ꝓpter normas viuendi æquissimas
præscriptas a te.
5 Pax multiplex amatoribus legis
tuæ, nec vllu͂ sentient offendiculum.
6 Expectaui salutē abs te Domine, ꝛ
mandata tua seruaui.
7 Custodiuit anima mea ceremoni-
as tuas: amat enim eas valde
8 Custodiui mandata tua et ceremo
nias tuas: oēs eiu͂ viæ meæ notissi
mæ sunt tibi, nec vlla illaru͂ latet te.

Tau.

Ap ꝓpī- quet de precatio

1 Admittat clamor me⁹ in cōspectu͂
tuu͂, imo ad aures vsq; tuas: ꝟboru͂
tuoru͂ intelligētiā præbe quæso mihi
2 Perueniat precatio mea vsq; in
cōspectu͂ tuu͂, et quēadmodu͂ ꝓmit-
tunt

tunt verba tua, e malis eripe me.
3 Loquentur labia mea laudes tu-
as, vbi tu docueris me mandata tua
4 Cantabit lingua mea verba tua:
omnia em̃ iudicia tua sũt æquissima
5 Sit manꝰ tua auxilio mihi, man-
data enim tua elegi.
6 Optaui mihi salutẽ abs te dñe, lex
em̃ tua oblectatiõi valde mihi fuit
7 Viuat anima mea vt laudibus ex
tollere possit te, ⁊ iudicia tua robur
addant mihi.
8 Aberraui sicut ouicula quæ peritu
ra videtur, require seruũ tuũ: mãda-
ta em̃ tua non sũ oblitꝰ. 120.

AD Dñm quum pessime esset Ad dñm
mihi clamaui, ⁊ exaudiuit me cũ tribu
1 Domine libera animam
meã ab hoĩe bilingui et fraudulẽto
3 Quantum putas nocet tibi lingu-
a fraudulenta?
4 Profecto q̃tũ vllæ sagittæ, quas ia
culat fortissimꝰ quisq; vir arcu, easq;
acutas, quarũ acies inter volãdũ tan
tum concipiet ardoris, q̃tũ habere so
lent carbones iuniperorum.
5 Male agitur mecum, q exulem in

Mesech, et habitare cogar in taber-
naculis Cedar.
6 Longa videtur animæ meæ mo-
ra, qua inuitus detineor inter eos,
qui pacis sunt osores
7 Mihi nil magis erat cordi, quam
par, ad quã si adhortabar eos, non
solũ non amplectabantur eam, sed
bellum potius inferre conabantur

121.

Leuaui oculos meos.

CIrcumferebam oculos meos
veluti stans in monte, sicũde
viderem forte ferri suppetias
2 Verũ deprehendi nullum (mihi.
esse mihi sperandũ auxiliũ, nisi a so
lo Dño qui author est coeli et terræ
3 Ille enĩ nõ sinet vacillare pedes tu
os, nec dormiet vnq̃ custos ille tui
4 Profecto neque dormiet vnq̃, ne-
que vel leuiter obdormiscet, qui cu-
rat Israelem.
5 Bono animo sis, Dñs curat te et
tua: erit instar vmbraculi tibi ad
dexteram manum astans assidue.
6 Hoc vmbraculo fiet ne ardor inter
diu lædat te, neque luna frigore suo
noctu

7 Dñs

7 Dñs curabit ne vllũ malũ infestet
te: curam enim geret animæ tuæ.
8 Dño curante ꝓspera erit profectio
quæcunqꝫ tua, et redit⁹ tu⁹ in patriã
a prima hora vsqꝫ in finem vitæ.

Ipsius Dauid. 122.

GAudebam ex animo, quũ dice- Lætatus
rẽt mihi, in domũ dñi ibim⁹. sum in
2 Stabunt pedes nostri in portis his quæ
tuis Hierusalem,
3 In portis iꝙ Hierusalẽ sic extruc-
tæ quẽadmodũ erat olim quũ esset
ciuitas, ad quam statis anni tempo-
ribus confluebat populus vniuers⁹,
et recipiebatur commodissime.
4 Eó enim proficisci solent tribus,
tribus, inquã, et tota turba Israelitici
populi, vt laudarẽt nomen Domini.
5 Quo tempore ibi collocabantur
sedes ad exercenda iudicia, et solium
familiæ Dauid.
6 Optate pacem ipsi Hierusalem,
foeliciter eueniãt omnia illis, qui be-
ne volunt et amant eam.
7 Sit pax, et nemo infestet vallã
tua, ꝓspera sint oĩa in palatijs tuis.
8 Propter fratres meos et amicos

meos optabo etiam nunc, vt omnia
prospere eueniant tibi.
9 Propter domū Dñi dei nostri, mo
dis omnibꝰ prodesse cuperem tibi.

123.

Ad te le- uaui ocu- los meos

AD te subleuaui oculos meos,
o habitator coelorum.
2 Quemadmodū enim oculi
seruorū obseruãt manꝰ Dominorū
suorū, et oculi ancillæ obseruãt ma-
nū dñæ suæ, vt lõgo labore fatigati
cibū accipiant: ad eundē modū oculi
nostri obseruãt Dominū deum nos-
trum, vt ille misereatur nostri.
3 Misereat te nostri Domine, mise-
reat inquam te nostri: mirifice enim
et ad nauseam vsque repleti sumus
comtumelia.
4 Vehementer & ad saturitatem vs-
que plena est, et concoquere intra se
cogitur anima nostra insultationem
locupletum, et contumeliam homi-
num violenter superborum.

Ipsius Dauid. 124.

Nisi qa Dñs erat in nobis

NIsi Domini beneficio, qui ad
fuit nobis, seruati essemus, fa-
teatur ingenue nunc populus
Israel,

2 Nisi Domini inq̃ beneficio, qui
adfuit nobis, seruati essemus, quo tē-
pore insurgebat animo hostili homi-
num multitudo in nos,
3 Tum viuos deglutissent nos: erāt
enim furiosissimi, et ira maxime ac-
censi in nos.
4 Tum vndæ malorum obruissēt
nos, et fluuiꝰ transijsset per animas
nostras.
5 Tum transissent inq̃ per aīas nos-
tras vndæ malorum profundissimæ.
6 Omni laude maior Dñs, q̄ nō per
misit nos prædā fieri dētibus illorū.
7 Quin potius animæ nostræ libe-
ratæ sunt, quemadmodum captus
passer, qui præter spē elabitur e reti
aucupis: rete enim frangebat, et q̄ūo
ille auolauit ita et nos liberati sumꝰ
8 Fortitudo nostra sita est in fauore
et auxilio nominis Domini, qui au-
thor est coeli et terræ. 125.

QVotquot credūt se Domino, Qui con
erunt sicut mons Sion, qui fidunt in
nunquam tolletur de loco suo Dño
2 Hierusalem montes quidē habet
in circuitu, verum illi non hoc possūt

in defensionem ciuitatis, quod Dñs
qui adest populo suo a prima hora
vsque in perpetuum.
3 Quare non sinet sedem figere eũ,
qui sceptro impietatis tyrannidem
exerceat in ea loca, quæ veluti diuina
sorte obuenerunt iustis: ne et iusti ip-
si extendant ad perpetranda scelera
manus suas.
4 Benefac Domine bonis, et his
qui candido sunt pectore.
5 Illos vero, qui aliis præcipitia
parant, ire ipsos per præceps coget
Dñs, quẽadmodũ homines scelera-
tos æquũ est: tranquillitas autem et
pax erit apud Israelitas. 126.

In cõuertẽdo Domi-
nus.

QVum reuocaret Dominus ab
exilio nos, qui captiui ex Si-
on abducti fueramus: præ
gaudio visi sumus non assecuti tm̃
boni, sed somniare.
2 Tum implebatur os nostrũ risu,
et lingua cantu, tum dicebant gẽtes,
quæ nos captiuos detinuerãt, supra
modum magna sunt et stupenda,
quæ facit Dñs in gratiam horum.
3 Ita profecto res habet, vt dicitis:
magna

magna enim ſunt, quæ Dñs noſtra
cauſa facere inſtituit: quare gaudio
affecti ſumus maximo.
4 Perge Domine reuocare nos e
captiuitate cum eo gaudio et fructu,
quo terra ſitiens excipit fluentes per
eam riuulos aqua plenos.
5 In quā qui ante irrigationē iace-
rant ſemē deſperantes propemodū, et
cū fletu: illi metent quæ prouenerunt
de improuiſo cum gaudio ſummo.
6 Si enim ſolliciti ibant, et flentes
portabant in ſterilem illum agrū ſe-
men precioſum iacturi: uerū redeun-
tes gaudio pleni referent manipulos
expectatione ſua longe plures.

Ipſius Salomonis. 127.

SI Dñs nō extruxerit domum, Niſi Dñs
fruſtra ſudabunt laborantes, edifica-
qui conātur extruere eā: ſi Dñs uerit.
nō cuſtodierit ciuitatē, fruſtra vigi-
labit, cui cura īcumbit cuſtodiēdi eā.
2 Nihil ſuccedet vobis, etiam ſi ſū-
mo mane ſurrexetis, et ſurſū ac deor
deorſū curſitantes ſedere recuſaueri
tis, nō aliter ſudantes, quam qui ſūmis
laboribus victū ſibi parant: quod enim
vos veſ-

vos vestro studio frustra perficere
conamini, id Dominus dabit illi
quem diligit, sine negocio.
3 Ecce hæreditas, quam Dominus
dat, filij sunt, et præmium præcipu-
um, fructus ventris.
4 Quanta est vis in sagittis, quas
iaculatur arcu vir quantuuis fortis,
tanta est in filijs adolescentibus.
5 Foelix ille vir, qui plenam habet
pharetrā telis eiusmodi: is enim nō
suffundetur pudore quotiescunque
cōtigerit illum filijs comitatū conten-
dere cum aduersarijs suis in porta,
et frequentia populi.

128

Beati oēs qui timent Dñm.

FOelix ille quisquis timens est
Dei, et viuit secundum præ-
scripta illius.
2 Prosperabitur labor manuum tu-
arum quisquis es talis, et cibū sup-
peditabit, quem comedas: foeliciter
euenient omnia tibi, et diues fies.
3 Vxor tua similis erit viti fructife-
ræ, quæ sese ꝓpagabit per omnia la-
tera domus, et filij tui veluti plantu-
læ oliuarū cingentes mēsam tuam.
4 Ad hunc profecto modum locu-
ple

pletabitur vir, qui reueretur Dñm.
5 Foelicē faciet te Dñs ex Sion, quiſ
quis talis es: videbis enim et parti-
ceps fies foelicitatis promiſſæ ipſi
Hieruſalem cunctis dieb⁹ vitæ tuæ.
6 Videbis præterea, et voluptatem
capies ex filiorũ tuorũ filijs, q͡ tran-
quille et ſumma cũ pace verſari con-
ſpicies eos inter Iſraelitas contribu-
les ſuos 129.

Vehementer nocere conati ſunt Sæpe ex-
mihi ab annis plurimis, et ve pugna-
luti ab ineunte ætate, dicere uerut
poterit merito Iſrael.
2 Miris inquam modis nocere cona-
ti ſunt mihi ab ineunte ætate, ſed nō
potuerunt ſubuertere me.
3 Dorſo meo tantum oneris impo-
ſuerunt, vt ſigna in eo apparuerint,
qualia aratores agris imprimere ſo-
lent, et veluti ſulcos lōgos īduxerint,
4 Sed Dominus iuſtus rupit fu-
nes, quibus aſtrinxerant impij me.
5 Pudefiant, et in fugam cōuertan-
tur, quotquot odio habent Sion.
6 Fiant ſimiles herbæ creſcenti in
tectis domorũ, quæ priuſquam in e-
am

am magnitudinem excreuerit, vt de-
meti possit, exaruit.
7 Qua non dignabitur manum im-
plere, et domum deferre vllus mes-
sor: nec sinum is qui precario mani-
pulos a messoribus præteritos, colli-
gere solet pauper.
8 Nec vlli prætereuntes dixerunt,
prospere eueniat hæc seges, Dñi bene
ficio, vobis: nec digna visa est cuiq̃,
vt diceret, optamus vobis foelicem
a Domini benignitate messem.

130.

De pro-
fundis
clamaui.

Quum tantũ nõ obrut⁹ essẽ p-
fũdissimis malorũ vndis, tuũ
auxiliũ imploraui o Domine.
2 Domine exaudi vocem meam, sint
quæso aures tuæ attẽtæ ad lamen-
tabiles precationes meas.
3 Si scelerum quæ admisim⁹, per-
petuo memor esse volueris, et veluti
reposita seruare apud te Domine,
subsistere quis poterit?
4 Quare hoc potius sequere, qđ ge-
nuinum est tibi, vt remittas miseri-
corditer peccata nostra, et clemen-
ter erigas collapsos, sicq; ad synce-

ram

tam venerationem tui inuites.
5 Expectaui sedulo Dñm, expectauit et anima mea: et quia promiserat se adfuturum, nunquam dubitaui, quin esset staturus promisso.
6 Anima mea ardẽtius expectat aduẽtum Dñi, quam vigiles nocturni tempus matutinum: vigiles, inquam, qui sõno grauati, matutinum expectant tempus, quo dormire liceat ipsis.
7 Expectet (si sapit) quiuis ex Israel Dominum: est enim natura misericordissimus, et suapte natura ad succurrendum propensissimus.
8 Quare ipse liberabit Israelem ex omnibus (quantũuis fuerint variæ) iniquitatibus eius.

Ipsius Dauid 131.

Domine non fui animo vnquam elato, neque oculis nil nisi magna spectantibus: neque ambiui magna et quæ miris modis essent supra me. Dñe nõ est exaltatũ cor.
2 Si non sic cõposui et cõpescui animum meum, ne alius sibi videretur collatus tecum quam infans ab vberibus matris suæ recẽs depulsus, qui solus figere

gere gressus non potest, sed matris
sustentatur manu: si non ita semper
me iudicaui sine tuo auxilio nihil pos
se, et animam meam eiusmodi in-
fanti similē, frustrarer spe mea pēit⁹.
3 Expectet (si sapit) quiuis ex Israel
Dñm, et pendeat ab eo ab hac hora
assidue vsque in finem vitæ.

132.

Memento Dñe Dauid

RAtionem habe Domine, idq;
in bonum, ipsius Dauid ma-
lorū, quæ perpess⁹ ē plurima.
2 Qui et iuramento sese obstrinxit,
et sancte promisit ei, per quem potest
quicquid potest Jacob.
3 Se non ingressurū ædes suas, ne
que ascensurum lectum suum.
4 Neque permissurum oculis suis,
aut palpebris somnum.
5 Priusquam inuenisset locum extru
endo altari Deo gratum, et taberna-
cula in venerationem illius, per quē
fortis est posteritas Jacob.
6 Ecce de improuiso inuenimus lo-
cum illum in Effrata: inuenimus in-
quam illum in campis syluosis.
7 Eamus ergo in tabernacula, quæ
ipse

ipſe elegit ſibi, proſternamꝰ nos ſup-
plices ante ſcabellum pedum illius.
8 Exurge Dñe et veni in eum locum
quem ad hoc elegiſti tibi, vt præ cæ-
teris peculiariter requieſcas in eo: ve-
ni inq̃ tu, et arca, per quã ſæpe om-
nipotentia tua apparuit.
9 Sacerdotes tui īduant iuſtitiam,
vt ſctī tui habeant, quur ſerio exultēt
10 Propterea qđ Dauid ſeruꝰ tuꝰ ip
ſe orat, ne auertas faciē a chriſto tuo.
11 Iuramento aſtrinxit ſe Dominꝰ
ipſi Dauid, et fidem dedit, quã nunq̃
violabit, dicens: de fructu ventris tui
collocabo in ſolio tuo.
12 Si cuſtodierint filij tui pactū me-
um, et ceremonias quas docturus
ſum eos: filiorum tuorum nepotes,
et qui naſcentur vllo tempore ab il-
lis, in eodē regni ſolio ꝑpt̃ te ſedebūt
13 Elegit enī Dñs Sion, ſic ama-
uit eam, vt habitare cōſtituerit in ea.
14 Hic erit inquiens locus ad quieſ-
cendum mihi perpetuo: hic habitabo
quia amaui eam.
15 Annonā eiꝰ copioſiſſimam faciā
egenis qui in ea ſunt, cibū ad ſaturita-
tē vſq; ſuppeditabo.

16 Sacerdotes eius vestiam salute,
cuiꝰ participē faciēt et plebē, vt sanc-
ti tui habeant, quur serio exultent.
17 Ibi florere faciam cornu ipsius
Dauid, paraui lucernā Christo meo.
18 Inimicos illiꝰ induam pudore et
infamia: in capite aūt illius fulgebit
diadema. Ipsius Dauid. 133.

Ecce q̃ bonū, et q̃ iocun.

DIci nō potest, q̃ bona sit res
et suauis, habitare vna fra-
tres inter se concordes.
2 Suauior erit eorum concordia o-
leo illo fragrantissimo, quod fundi
solet in caput, et defluere in barbam,
barbam inquam ipsius Aaron, et in
oras deinde vestium illius.
3 Suauior erit rore, qui descendit in
montem Hermon: vel rore, qui des-
cendit in montem Sion: et illos qui
Sion vicini sunt, vbi constituit Do-
minus insignem illam munificenti-
am suam ostendere, et vitam institu-
ere, quæ duratura sit perpetuo.

134.

Ecce nūc benedici-te Do.

GIa laudibus extollite Dñm,
quotquot estis cultores illius:
nunq̃ eñ satis laudare illum
pote-

poteritis, etiam si totas noctes in tē-
plo Dñi laudantes perstiteritis.
2 Leuate manꝰ vestras versus lo-
cū sanctitati illius dicatū: et quantū
potestis, laudibus extollite Dñm.
3 E diuerso Dñs ille optime faciet ti
bi ẽ Siō, q̃ author coeli est et terræ.

Halleluia. 135.

Laudibꝰ extollite nomē Dñi: laudibꝰ inquā extollite vos, qui cultores et serui estis Dñi. — Laudate nomen Dñi.
2 Qui statis in templo Domini: et
in atrijs estis domus Dei nostri.
3 Laudate Deum seruatorem: beni
gnus est enī Dominus: quare psal-
mos canite in laudem gratiosissimi
nominis illius.
4 Elegit enim sua sponte Jacob si-
bi seruator ille Deus, et Jsraelem, vt
sit illi veluti ornamentum quoddam
et gemma preciosa.
5 Ego certe noui magnū esse Dñm,
et dñm nostrum esse potentiorē reli-
quorum nationū vniuersis nihili dijs.
6 Quicquid enī libitū fuit vnq̃ dño
facere, id factū est, tam in coelo q̃ in
terra, et potestatē habet in vastissi-

ma illa maria, et omnia quæ vsq̃
abstrusa latent etiam in locis profũ-
dissimis.
7 Qui extrahit nubes e terra infi-
ma parte orbis, et in aëre loco æditis-
simo collocat eas: qui fulgura cum
pluuia miscet, et educit ventum ẽ lo-
cis abditis, tanq̃ thesaurorum suo-
rum repositorijs.
8 Qui percussit primogẽita Aegyp-
ti, tam hoĩm q̃ reliquorum aĩaliũ.
9 Qui immisit signa iræ suæ terri-
fica et portẽta in mediam Aegyptũ,
quibus Pharaonem terruit, et oẽs
famulos illius.
10 Qui percussit gẽtes numero plu-
rimas, et reges occidit potẽtissimos,
11 Seon regem Amorrhæorum, Og
regem ipsius Basan, & vastauit vni-
uersa regna Chanaan.
12 Et dono dedit terram regũ illorũ
veluti patrimonium: patrimonium
inq̃ ipsi Israeli, populo charo sibi.
13 Domine nomen tuum nunq̃ in
obliuionẽ veniet: Domine memoria
tui perueniet in generationem et ge-
rationem, nec interibit vnq̃.
14 Susci-

14 Suscipiet Dñs patrociniũ cau-
sæ ppli sui contra aduersarios, erga
seruos aũt suos clemẽtissime geret se.
15 Statuæ gentiũ nihil sũt q̃ argẽ-
tum et aurũ, quibus artificio huma-
no, vel hæc inducta ẽ, vel illa forma.
16 Quare os quidem habere viden-
tur, sed loqui non poterunt: et ocu-
los, sed quibus nihil videant.
17 Aures præterea, quibus nihil au-
diant: nares quoque sine vllo vsu,
quũ nullus appareat halitus in ore
cuiusq̃ illarum.
18 Similes fiãt statuis artifices illa-
rũ, et quotquot spẽ suã ponũt in illis
19 Posteri Jacob laudibus extollite
Dominum, posteri Aaron et vos
laudate Dominum sedulo.
20 Posteri Leui laudate Dñm: qui-
buscunq; curæ est cultus Domini,
laudibus celebrate Dominum.
21 Omni laude maior est Dñs ob
beneficia exhibita Sion, qui et fact⁹
est veluti ciuis et habitator Hierusa-
lem. Halleluia. 136,

GRatias agite p̄ acceptis be- Confite
neficijs, Dño: æquũ enim id mini Dñi
X iij est, qm̃ bon⁹.

est, ꝙ duratura sit perpetuo miseri-
cordia ipsius.
2 Gratias agite Deo ipsorũ angelo-
rum, quod perpetuo duratura sit mi
sericordia eius.
3 Cũ gratiarũ actione laudate Do-
minũ Dominorum oĩm, ꝙ perpetuo
duratura sit misericordia eius.
4 Eũ qui facit admiratione dignissi
ma sua solius oĩpotentia, ꝙ perpe-
tuo duratura sit misericordia eius.
5 Qui fecit coelos summa pruden-
tia ꝙ perpetuo duratura sit miseri-
cordia eius.
6 Qui expãdit terram super aquas,
ꝙ perpetuo duratura sit mĩa eius.
7 Qui fecit luminaria magna, ꝙ per
petuo duratura sit mĩa eius.
8 Ipsum Solẽ, vt præsit diei, ꝙ per
petuo duratura sit misericordia eius.
9 Ipsam insuper Lunam et reli-
quas stellas, vt præsint nocti, ꝙ per-
petuo duratura sit misericordia eius.
10 Qui graui damno affecit Aegyp-
tũ, quũ percuteret primogenita illiꝰ,
ꝙ perpetuo duratura sit mĩa eius.
11 Vt educeret Israelẽ e medio illo-

ꝙ

ꝙ perpetuo duratura ſit miſericor-
12 Idq; manu robuſta, & (dia eius.
brachio fortiter extento, ꝙ perpetuo
duratura miſericordia eius.
13 Qui diuiſit mare rubrum in par-
tes, quod perpetuo duratura ſit mi-
ſericordia eius.
14 Et perduxit Iſraelem per medi-
um illius, quod perpetuo duratura
ſit miſericordia eius.
15 Subuerit Pharaonem et exerci-
tũ illius in eodem illo mari rubro, ꝙ
perpetuo duratura ſit mĩa eius.
16 Qui duxit populũ per deſertũ, q̃d
nulli antea fuerat peruium: ꝙ perpe-
tuo duratura ſit miſericordia eius.
17 Qui percuſſit reges potentes, ꝙ
perpetuo duratura ſit mĩa eius.
18 Et occidit reges fortes, ꝙ perpe-
tuo duratura ſit meſericordia eius.
19 Seon regẽ Amorrhæorũ, ꝙ per
petuo duratura ſit miſericordia ei9.
20 Et Og regẽ ipſi9 Baſan, ꝙ per
petuo duratura ſit miſericordia ei9.
21 Et dedit poſſidẽdam terram, quã
illis ademerat, quod perpetuo dura-
tura ſit miſericordia eius.

22 Possidendam in ꝙ Israeli, seruo
suo, quod perpetuo duratura sit mi-
sericordia eius.
23 Qui quoties premebamur mise-
ricorditer rationem habuit nostri,
quod perpetuo duratura sit miseri-
cordia eius.
24 Et eripuit nos a tyrannide illo-
rum qui nos vexabant: quod perpe-
tuo duratura sit misericordia eius.
25 Qui cibū tribuit vniuersæ carni,
quod perpetuo duratura sit miseri-
cordia eius.
26 Cum gratiarum actione lauda-
te Deum, qui omnipotentia sua au-
thor est ipsius coeli, qꝫ perpetuo du-
ratura sit misericordia eius.

137.

Super flumina Babylo.

IUxta flumina Babilonis qu-
um olim sederemus et flerem⁹
amare, propterea qđ in men-
tem venisset nobis tui o Sion.
2 Et ad salices, quæ erāt illic in me-
dia Babilone, suspendissemus citha-
ras nostras:
3 Hostes, qui captiuos abduxerant
nos, impetrare conabantur a nobis
modu

modulos illos, quib⁹ carmina nostra modulari cõsueueram⁹: et q̄ insultabant manifeste nobis, iubebant nos signa lætitiæ ædere, cantare inquientes nobis vnũ aliquod ex carminibus Sion.
4 Tanq̄ cantare nobis libuerit laudes Dñi in ea terra, quæ statuas et nihili deos pro vero colit.
5 Si vnq̄ oblitus fuero tui Hierusalē, et dextera mea officij sui oblita citharam pulsauerit in gratiam alterius q̄ vnius Dei mei:
6 Opto, vt sic hæreat lingua mea ne possim loqui: imo et palato meo affigatur, si non quoad vixero memor fuero tui, et si non præposuero laudes ipsius Hierusalem summo gaudio, quod vnquam contingere poterit mihi.
7 Rationem habe Domine et perpende, qualia sint, quæ designant in nos Idumæi hostes hi nostri, et q̄ crudeliter tractauerint Hierusalē, quo tēpore expugnauerunt eam: quum dicerēt mutuo sese adhortantes. vastate, crudelit vastate, vsq; ad fūdamēta subuertite eā. Si

8 Filia Babylonis, quæ nūc exultas
insolēt, misera vere es, quāq̃ igno-
ras, foelicior enim te veniet, qui tali-
onē reddat tibi, et suppliciū de te su-
mat p contumelia, quā affecisti nos.
9 Fortunatus veniet victor, qui & te
apprehendet, et infantes ab vberib9
tuis dependentes illidat in lapides.

Ipsius Dauid. 138,

Confitebor tibi Domine in toto.

FAtebor te verū Deū, idq; to-
to pectore, etiam palam, et in-
uitis aliarū nationū omnib9
dijs, ego te psalmis meis cantabo.
2 Adorabo cōuers9 ad templū quod
tua sanctitas peculiariter inhabitat,
et celebrabo nomen tuū pꝑter benig-
nitatem, qua vsus es erga nos, et con
stantiam tuam in seruandis promis-
sis, multo nanq; plura quā tu ver-
bis tuis pmiseras, præstitit nobis
augustissimum illud nomen tuum.
3 Quocūq; tempore imploraui aux-
iliū tuum: exaudiuisti me, fulciuisti
me, et addidisti robur animo meo.
4 Fatebuntur te esse Dn̄m omnes re
ges terræ, vbi audiuerint promissis
tuis rē ipsam per oīa respondere.

5 Et carminibus efferent vias Do-
mini, et testabuntur immensam esse
maiestatem Domini.
6 Quanquam sublimis est Dñs, eũ ta-
men, qui humiliter de se sentit aspicit
cominus, elatum vero non nisi emi-
nus cognoscet, vt perdat illum.
7 Si eundum mihi fuerit per media
et præsentissima pericula, tu vitam
meam tutaberis, furorẽ hostiũ meo-
rum tu manu tua conpesces, et ser-
uabit me dextera tua.
8 Dñs perficiet quod reliquũ est ꝓ
me, Dñe misericordia tua perpetua
est, quare opera manuũ tuarũ in de-
fendendo me ne intermiseris, sed quẽ
admodum coepisti, perge.

Ipsius Dauid Psalmus. 139.

DOmine explorasti oĩa mea — Domine probasti me.
et pernouisti.
2 Tu nouisti qñ sessurus sim
vel surrecturus, nouisti cogitatio-
nem meam longe ante, quam inci-
dat in animum meum.
3 Siue ambulare interdiu quopiam
voluero, siue noctu cubitum ire, tu
semper es circum me, et omnia stu-

dia me-

dia mea habes quā exploratiſſima.
4 Profecto ne voculā quidē vllā ſo-
nare poterit lingua mea, quī tu do-
mine (dictu mirū) ſcias per omnia
melius me, quid velim illa.
5 Retro et añ formaſti me, et impreſ-
ſiſti manu tua certam formā in me.
6 Mirū in modū excedit captū meū
horū, quæ tu facis, ratio, et artificij
cognitio tam eſt ſupra me, vt nullo
modo queā pertingere ad illam.
7 Quo abire hinc potero, vt fugiam
notitiam tuā? et quo fugere potero,
vt conſpectum tuum lateam?
8 Si aſcendero in coelū, aderis ibi ⁊
tu, ſi deſcendero in infima loca terræ
(res mira) et illic ego offendam te.
9 Si contingat mihi ea velocitas,
quæ eſt orientis, vt vno die vehar in
extremum occidentem.
10 Profecto etiā illuc perferet me ma-
nꝰ tua, et ſuſtētabit me dextera tua.
11 Si dixi, fortaſſis occultabūt me te-
nebræ, deprehēdi cito ſtultitiam me-
am, nox enim non magis contexit
me, q̃ meridiana faceret lux.
12 Nullæ enī tenebræ obſcurare ſic

dequã poterunt, vt latere queat te, et
nox tantũ prebet luminis tibi, quan-
tũ dies ipse: sũt enĩ hoc ipsũ tenebrae
apud te, quod ipsa lux clarissima.
13 Nec mirum si nihil te lateat mei,
quũ secretissimas corporis mei par-
tes ipse possideas, et compegeris me
incredibili artificio in abditissima
parte ventris genitricis meae.
14 Merito fatebor te omni honore &
veneratione dignum, ob mirabilia
enim miracula tua affectus sum mi-
rifice, stupẽda enim sunt opera tua,
quod ingenue agnoscit anim⁹ meus,
et modis omnibus supra captum su-
um esse ea confitetur.
15 Non ẽ vllũ os intra me loco tam
occulto, vt lateat te, quamuis compo
situs sim totus ego in loco vehemen-
ter abdito, et veluti tapetum e neruis
et venis contextus sim in vtero ma-
tris, loco magis abdito q̃ vllum est
antrum terrae.
16 Quum rude adhuc et informe es-
set semen vnde nasciturus eram, pe-
nitissime illud perspexerunt oculi
tui: et veluti in libro apud te descrip-
tam

tam habebas omnium membrorum
meorum rationem, quæ, et si non ni-
si multis diebus in iustam magnitu-
dinem excrescere possint, apud te ta-
men ó Domine non est ea dierum
varietas, sed vnus perpetuus dies.
17 Interim mihi q̃ incomprehensi-
bilia facta sunt consilia tua omnipo-
tens Deus, q̃ supra modum ingen-
tes factæ sunt summæ illorum?
18 Si enim numerare coner ea, facili
us arenas numerauero, quæ iacent
in littoribus maris, et si peruigil du-
rauero tota vita mea in enumeran-
dis illis, idem egero.
19 Num tandem occides Deus im-
pium et viros sanguinarios, quibꝰ
toties dico, recedite a me?
20 Loquebantur de te scelerate, et
vsurpabant contemptim nomen tu-
um hostes tui.
21 Nonne odio habentes te Domine
odio habebam, et contra insurgentes
in te ira excandescebam?
22 Ita profecto, maximo enim odio
prosequebar illos, et pro inimicis ha-
bebam illos.

25 Fac periculum mei omnipotens
Deus, et cognosce cor meum, explora
me, et considera cogitationes meas.
24 Et vide an tale studium irritan-
di te sit in me, quale ẽ in impio, quod
si fuerit, patiar æquo animo, vt mo-
re aliorum impiorum occidas me.

Psalmus Dauid. 140.

LIbera me Domine ab homi- Eripe me
ne malo, contra virum scele- Dñe ab
ratum protege me. homine
2 Qui machinantur scelerata ani- malo.
mis suis, et nihil q̃ ad bella assidue
3 Exacuerũt linguas suas, (ĩstigãt.
vt magis sint noxiæ quam serpentũ,
venenũ aspidis admixtum habet ser-
mo illorũ, quod latet sub lingua in
pectore illorum. Ita res habet.
4 Custodi me ne incidam in manus
impij, et a viro sceleribus perpetran-
dis dedito serua me, constituerunt e-
nim subuertere gressus meos.
5 Absconderunt homines superbi la
queum in perniciem meam, et funes
expanderunt et rete iuxta viam, qua
iturus eram, pedicas præterea, qui-
bus perderent me, Ita est.

9 In

6 In his constitutus periculis ad te
solum confugi dicens, Dñe tu Deus
mihi es, præbe aures tuas Dñe la-
mentabilibus precationibus meis.
7 Deus Domine firmamentum sa-
lutis meæ, armasti caput meũ quo-
ties confligendum fuit mihi cũ hos-
te armato vndiq;.
8 Quare ne sinas quæso nunc o dñe
votorũ suorũ cõpotem fieri impium,
ne habeant aduersarij quur exultent,
et efferant sese. Nequaquam ita fiat.
9 Caput et ducem illorũ, qui omni
ex parte oppugnant me, pestilens
sermo: et ad nocendum magno stu-
dio cõpositus, totum inuoluat.
10 Cadant in eos carbones igniti,
præcipitet eos Dñs in foueas tam
profũdas, vt nunq̃ possint emergere.
11 Quisq̃s fuerit maledic⁹ et pditor
nũq̃ stabilis erit in terra, quisq̃s fue-
rit scelerat⁹, illũ sua malitia subuer-
tet, et obijciet calamitatib⁹ varijs.
12 Certe futurũ scio, vt tractet dñs
tandẽ causam eius, qui affligitur, et
supplicium sumat de illis, qui oppri-
munt humano auxilio destitutos.

13 Tũ iusti celebrabunt nomen tuũ,
sedebunt quotquot candidi fuerint
animo e regione vultus tui, perpetuo
intuituri te.

Psalmus David. 141

DOmine clamaui ad te, quare Domine
festina q̃so succurrere mihi: au clamaui
res præbe voci meæ quoties ad te, exau
implorauero auxilium tuum.
2 Tam grata fiat precatio mea quã
est suffitus thuris in venerationem
tui excitatus.
3 Adhibe Dñe frenum ori meo, et
custodiam ianuæ labiorum meorũ,
4 Ne sinas animũ meũ propensum
fieri ad maledicentiam, nec studijs
delectari cum impietate coniunctis,
exemplo eorũ, qui viri sunt scelerati,
nec teneat quæso vnq̃ desiderio' co-
medendi parta rapinis, quãuis rap-
toribus ipsis suauissima videantur.
5 Verberet me potius iustus et bñ
fitij loco habiturus sum, et si castiget
me, vuln⁹ illud adeo capiti meo mo-
lestum non erit, vt pro saluberrimo
medicamine amplexurus sim illud,
nec a proposito deterrebit me, sed per

gam potius orare Dominum, vt ser-
uet me quã alienissimum a sceleratis
impiorum operibus.
6 Quando supplicium sumetur et
veluti præcipitabuntur de rupibus
iudices eorum, tum sentient, quanto
fuisset illis satius auscultare sermo-
nibus meis gratiositate conditis, et
a maledicentia diuersis.
7 Sicut qui amputant arbores, et
findunt ligna, et per terram spargũt
huc atq; illuc, quæ amputata sunt,
sic ossa nostra dispersa fuerunt, et so-
luta præ metu mortis, ad ipsum eni
vsq; sepulchrum perueneramus.
8 Quia in te Deus dñe oculi nostri
assidue intenti sunt, et in te spes mea
omnis sita est, ne sinas perire ani-
mam meam.
9 Cura ne incidam in laqueum, quẽ
extenderunt in perniciem meam, ne-
q; incidam in vincula hominum sce-
leratissimorum.
10 Incidant in sua ipsorum potius
retia impij vna omnes, quoad ego
saluus præteriero.
Ipsius Dauid, cum esse in spe-
lun-

PSAL CXLII.

lunca, præcatio. 142.

Voce mea ad Dominum cla-
mabo, voce mea ad Dominũ
precabor.

Voce mea ad dñm clamaui.

2 Effundam añ ipsum orationem
meam, afflictionẽ meam aperiã illi.
3 Quo tempore animus meus moe-
rore conficiebat sese, tu sciebas inson-
tem illa perpeti me, est enim notissi-
ma tibi omnis semita et vita mea:
aduersarij interim mei in via, per
quam iturus eram absconderant la-
queum in perniciem mihi.
4 Respiciebam nunc in partem dex-
tram, nunc in partem sinistram, sed
nullus occurrit, qui agnosceret me: de-
sperabam posse aufugere me, nullus
enim aderat, cui curæ esset vita mea
5 Quare clamabam ad te Domine, et
dicebam te esse fiduciam meam, nec
esse inter viuentes in vllo alio spem
vllam reliquam mihi.
6 Ausculta ad clamorem meum,
sitque malorum, quæ plurima perpes-
sus sum, tandem finis, libera me ab
his, qui persequuntur me, viribus
enim superiores sunt me.

7 Educe e carcere animam meam, vt
celebrare poſſim nomen tuum, tum
ad me accurrent, et in modum coro-
næ iuſti cingent me, vbi ſenſerint te
vltum iniuriam meam.

Pſalmus Dauid. 143.

Domine exaudi orationem meam auribus

DOmine exaudi precationem
meam pro optima fide et æq̄
tate tua quā ſemper habes cū
ſūma clementia coniunctam, reſpon-
de deſiderio meo.
2 Nec velis ſummo iure cum ſeruo
tuo agere, nemo eſt enim viuentium,
qui ſic iuſtus ſit, vt non multa tu in
eo veriſſime reprehendere poſſis.
3 Auxilio tuo maximopere opus ha
beo, perſequitur enim hoſtis me ca-
pitaliter, tm̄ nō proſtrauit in terram
vſq; vitam meam, habitare me cogit
in locis obſcuriſſimis, quæ mortuo
rum ſepulchris ſimillima ſunt.
4 Mœrore cōficit ſeſe anima mea,
torquet ſeſe cor meum.
5 In memoriam reuocaui, q̄ feciſti
ſæculis ſuperioribus, diligēter aīo re
uolui varia opera tua, in opere ma-
nuū tuarum expendēdo totus eram.

6 Expandi man⁹ meas ad te sup-
plex, et anima mea quum versarer in
terra ob siccitatē dānata, non alio
respexit quā ad te. Ita res habet.
7 Quare festina et responde votis
meis Dñe, vix enim amplius apud
se est spiritus meus, ne abscondas fa-
ciem tuam a me, ne forte similis fiam
illis, qui decidunt in puteum.
8 Fac sentiam mane clementiam tu-
am, de te enim pendeo totus, doce me
qua via quā rectissime eatur ad te, ex
pectauit enim te summo desiderio
anima mea.
9 Eripe me ab hostibus meis Dñe,
tuæ enim protectioni occultæ iam o-
lim concredidi me.
10 Doce me facere qd placitum sit ti
bi, tu eñ es de⁹ me⁹, spirit⁹ q̄so tu⁹ il-
le benign⁹ ducat me per eā viā, quæ
11 Propt nomē tuū(recta ducit ad te.
Dñe vitam tribue mihi. p tua insti-
tia educ ex angustijs animam meam
12 Pro fauore interim in me tuo sub
uertes inimicos meos, perdes qui in-
sontem affligunt animam meam:
seruus enim tuus ego sum.

Ipsius Dauid. 144.

Bñdictꝰ dñs deꝰ q̃ docet.

MAior est omni laude Dominus: qui robur tribuit mihi: qui et docet manus meas arma tractare, et cum hostibus bella gerere, et digitos meos armat in prælium.

2 Miris modis misericors est erga me, et munit me, et fulcit me, et a malis omnibus liberat me: est mihi instar clypei, et in eo spem omnem meam collocaui, quare et ipse obsequentem facit populum meum mihi:

3 Dñe quid vidisti in homine, vt eũ agnoscere digneris? aut in filio hoĩs: vt tam exacte rõnẽ habeas illius?

4 Homo ipsi vanitati q̃ simillimus est, dies vitæ illius obscuri similes sunt vmbræ, quæ assidue magis ad noctis caliginem tendit.

5 Inclina coelos et descende: percute superbos illos reges, qui montibus videntur similes: sentiant iram tuam, et veluti fumus euanescant.

6 Iaculare fulgur et disperde eos, emitte sagittas et conturba eos.

7 Demitte manum tuam ab alto, li-

bera

bera me et eripe me ex aquis multis,
et a violentia hoim, qui a diuino cul
tu alieni sunt.
8 Quorum os loquitur vanitatem,
et dextera eorum nullius est roboris.
9 Deus nouam habebo celebrandi te
carminibus meis occasionem, nablo et
decachordo psallam in laudẽ tuam.
10 Qui victoriam salutarem tribuis
regibus, et liberas ipsum David ser-
uum tuum a gladio pernicioso.
11 Libera me et eripe me a tyrãnide
hoim, qui a diuino cultu sunt alieni,
quiqz ore suo mentiuntur, et quorũ
dextera promittere videtur subsidi-
um, quum nihil cogitet minus.
12 Vt sint filij nostri velut plantulæ
eleganter auctæ in adolescentia sua:
filiæ nostræ formosæ veluti angu-
lares columnæ summo studio exor-
natæ, quales in templis et Regum
domibus conspiciuntur.
13 Sint anguli nostri pleni suppedi
tantes omnis generis annonam, gre-
ges nostri in milia excrescant: et cen-
tena millia e caulis exeant in plateas
14 Boues nostri sani, et (nostras,
ferẽdis one

cibus apti, nihil eorum quæ nostra
sunt aberret: nec vlla audiatur la-
mentabilis vox in plateis nostris.
15 Fortunatus populus ille cui con-
tingunt huiusmodi: beatus et ille po
pulus, qui Dominum habet Deum
propitium sibi.

Psalmus Dauid. 145.

Exaltabo te deus.

LAudibus efferam te mi Deus
omnium rex, et laudabo nomē
tuum quoad vixero.
2 Assidue per singulos dies lauda-
bo te, et laudibus efferam nomen tu-
um perpetuo, et (si fieri posset) etiam
vltra.
3 Magnus dn̄s et modis oīb9 dign9
laude: et eius magnitudinis, vt ne-
mo perscrutari possit illam.
4 Generatio vna veluti per manus
tradet alteri laudes operum tuorū,
et oīpotētiam tuam annūciabit.
5 Gloriam maiestatis tuæ magnifi-
centissimæ, et res a te clarissime cum
omnium admiratione gestas, studi-
ose aliīs commemorabo.
6 Vt illi robur mirabilium operum
tuorum aliīs enarrēt, ego vero mag-
nitudi-

nitudinē tuam pro viribus scripto
ad posteros transmittam.
7 Vt illi memoriam immēsæ mag-
nitudinis tuæ plenis buccis celebrēt,
& æq̄tatē tuā sūmo cū gaudio cātent.
8 Misericors et clemens Dñs: tar-
dus ad iram, ad clementiam autem
pronus mirifice.
9 Benignus Dñs in omnes, et om-
nimoda misericordia relucet ī oībus
operibus ipsius.
10 Quare cum gratiarum actione
laudabunt te Domine vniuersa ope-
ra tua, præcipue autē sancti tui mag
nifice loquentur de te.
11 Magnificētiā regni tui loquētur,
et oīpotentiam tuam prædicabunt.
12 Vt sciant posteri Adæ omnipotē-
tiam dei, et magnificentissimam glo-
riam regni ipsius.
13 Regnum tuum regnum est oīm
sæculorum, et potestas tua regia ex-
tendit se in generationes omnes.
14 Sustentat Dñs omnes nutan-
tes, et erigit collapsos.
15 Oculi oīm intēti sūt in te, et tu sup
peditabis illis cibū tēpore oportuno.

16 Aperies manum tuam, et satia-
bis vnũquodq; animaliũ cibo suo.
17 Iustus est modis omnibus Do-
minus, et pius in omnia opera sua.
18 Prope adest dñs vniuersis q̃ inuo
cant illũ: vniuersis inq̃ illis, qui im-
plorant ex animo auxilium illius.
19 Quicquid optauerint, qui reuerẽ-
ter colunt illum, faciet, et clamorem
illorum audiet, et salutẽ adferet illis.
20 Curæ sunt dño vniuersi qui a-
mãt illũ, impios aũt ipsos subuertet.
21 Laudes dñi sonabit os meum, et
laudabit oĩs caro nomen insigniter
sanctum illius in perpetuum, et (si
fieri posset) vltra.

Halleluia. 146.

Lauda anima mea dominũ.

LAuda o anima mea Dominũ.
2 Totus ego laudabo Domi-
num per omnẽ vitam meam,
psalmos cantabo in laudem dei mei
quoad vixero.
3 Nolite fidere principibus, neq; vl-
li ex posteris Adæ, non enim habent
potestatem beandi quempiam.
4 Auolabit spiritꝰ ille vitalis illorꝫ,
et resoluentur in terram vnde prodi-
erant:

erant: et ipso die mortis peribunt omnia consilia illorum.
5 Felix cui Deus Iacob adiumento
est et cui sita est oĩs spes in deo suo.
6 Qui author est coeli et terræ, ma-
ris et oĩm quæ in illis sunt, qui et fi-
dem seruat perpetuo.
7 Qui vlciscitur iniuriam illatam oppressis, qui cibum suppeditat esu-
rientibus, ille Dominus, qui liberat e vinculis captiuos.
8 Ille Dominus qui visum tribuit
cecis: ille Dñs, qui recte incedere facit claudos: ille inq̃ dominus, qui ami-
cus est iustorum.
9 Ille dñs, qui curam gerit peregri-
norũ: qui pupillum et viduam cõfor-
tat, et viam impiorũ subuertit,
10 Regnabit Dñs perpetuo Deus
tuus ó Sion, in generationẽ et ge-
nerationẽ absq; vllo fine. Halleluia.

Halleluia. 147.

Laudate Deum quia benig-
nus est, psalmis cantate Deũ
nostrum quia gratiosissimus
est, et ipsum maxime decet laus.
2 Extruit enim Hierusalẽ Domin⁹,

Laudate dñm quoniam bo-
n⁹ est.

exultes

erules populi Israelitici dispersos
congregabit.
3 Ille hoc faciet Dñs, qui sanat eos,
qui fracto sunt animo, et leniter cu-
rat dolores illorum.
4 Qui in numerato habet innume-
ras alioqui stellas. et singulas illa-
rum suis appellat nominibus.
5 Magnus est dñs noster et poten-
tiæ infinitæ, eorum quæ ipse sum-
ma prudentia facit, nullus est nũer
6 Subleuat mansuetos Dñs, pro-
sternit vero impios vsq; in terram.
7 Cantate Dñm cum gratiarum
actione, psallite deo nostro cithara.
8 Qui tegit coelum nubibus, qui pa-
rat terræ pluuiam, qui producit her-
bam in montibus.
9 Qui tribuit vnicuiq; animanti
suum pabulum, etiam pullis coruo-
rum implorantibus opem illius.
10 Fortitudinem equi nihili faciet:
nec q̃ videntur esse fortia crura viri:
ad amorem inuitabunt illum.
11 Sed amat Dñs, qui eum reueren-
tur colunt: et qui spem suam ponunt
in clementia ipsius.

PSAL CXLVII.

12 Honora o Hierusalem Dominũ,
lauda Deum tuum Sion.
13 Fecit enim fortissimos vectes por-
tarum tuarum, benefecit filijs tuis
qui intra te, et tecum sunt.
14 Qui curat ne fines tuos quisq; in-
festet, et adipe satiat te.
15 Cuiꝰ iussu decidit in terram plu-
uia, cuiꝰ mandatis parēt subito oĩa.
16 Qui tribuit niuem similē lanæ,
et pruinam tanq̃ cinerem dispargit.
17 Qui immittit frustatim grandi-
nem similem glaciei, tam frigidam,
vt nemo non horreat a frigore ipsiꝰ.
18 Rursus illo iubēte solis ardor li-
quefacit glaciem illam: spirare faciet
ventum quemcunq; voluerit, et pro-
ducet pluuiam.
19 Qui indicat sermonibus suis,
quid fieri velit ab ipso Iacob: man-
data sua, et præscriptas æquitatis
suæ normas tradit Israeli.
20 Non fecit hoc vlli exteræ natio-
ni, neq; ipsas æquitatis formas a
deo Israeli præscriptas vlla nouit.
Halleluia.

Halleluia. 148.

Laudate dñm de coelis.

LAudate Dñm e coelis, laudate illum quotquot habitatis in excelsis.

2 Laudate illum vniuersi angeli ipsius, laudate illum, stellæ vniuersæ quæ conditæ estis ab illo, et estis veluti exercitus ipsius.

3 Laudate illum sol et luna, laudate illum planetæ, qui lucetis præ cæteris stellis omnibus.

4 Laudate illũ varij coelorũ orbes, et aquæ q̃ estis supra coelos ipsos.

5 Laudent vniuersa hæc nomen Domini, illius enim iussu extiterunt et sunt hoc quod sunt.

6 Et stabilitas, quam tribuit illis, durabit sæculis plurimis: legem dedit singulis illorum, quam nequaq̃ transgredientur.

7 Laudate ex ipsa terra dñm dracones, et quotquot estis animantia in profundissimis abyssis.

8 Ignis, grando, nix, vapor, et ventus turbinem excitans, et hoc qđ a Deo iubetur faciens.

9 Montes et vniuersi colles, arbores fructiferæ, et oẽs cedri.

10 Quicquid viuit rationis quoquo
modo capax, vniuersæ præterea bes-
tiæ, et quicquid vsquam repit: aues quoque
pennis volitantes,
11 Reges, quibus imperium contigit
in homines, qui terram incolũt: vni-
uersi populi, principes quoque, et om-
nes iudices terræ.
12 Iuuenes et virgines vna cũ ado-
lescentibus.
13 Laudẽt nomẽ dñi, exaltatũ est enĩ
et suspiciẽdũ nomẽ illi⁹ soli⁹, honor
et gratiarum actio debetur illi ab
his, qui sũt vel in terra vel in coelis.
14 Exaltabit cornu populi sui, qua-
re nunquam cessabunt laudare illũ,
sanctificati ab eo filij Israel, qui po-
pulus sunt propinquus et familia-
ris illi. Halleluia.

Halleluia. 149

CAntate Domino carmẽ nouũ, cantentur laudes eius in coe- tu sanctorum. — Cantate domino can. no.
2 Oblectet sese Israel authore suo,
filiæ Sion exultent talem contigisse
regem sibi.
3 Laudent nomẽ illius choro, tym-
pano

pano et cythara psallant in honorem illius.
4 Amat enim Dñs populũ suum, ornabit mansuetos salute stabili.
5 Exultabũt sancti cum summa gloria, læti cantabunt in lectis suis.
6 Laudes omnipotẽtis dei erunt in ore ipsis, quare et gladij vtrinque dei beneficio fiẽt acuti in manib⁹ illorũ.
7 Vt vlcisci queant sese de gentibus et castigare populos,
8 Vt vinciant reges eorum cathenis, ꝛ primates eorũ vinculis ferreis.
9 Vt exercere possint in eos iudiciũ a Deo præscriptum, quæ res honori vertetur cũctis, qui sacris illius initiati fuerint. Halleluia.

Halleluia. 150.

Laudate dñm in sctis

LAudate Dominum ob insignem sanctitatem illi⁹: laudate illum ob coelũ, quod argumentum est fortitudinis illius.
2 Laudate illum ob omnipotentiam illius, laudate illum ob immensam magnitudinem illius.
3 Laudate illũ clangore tubæ, laudate illum nablo et cithara.

PSAL. CL

14 Laudate illum tympano et cho-
ro, laudate illũ fidibus et organo.
5 Laudate illum taratantaris so-
noris, laudate illum taratantaris ad
hila-ritatem excitantibus.
6 Quicquid usquam viuit, laudet
Dominum.

HALLELVIA.

S. ATHANASIVS

ad Marcellinũ in librũ Psalmo-
rũ Capnione interprete.



Emiror tuum in Christo proposi-
tum amice Mar-
celline, ꝙ et tenta-
tionẽ præsẽtem ĩ
qua es plurima
passus, generose
fers, studia tamẽ
nõ negligis. Cũ em̃ epistolæ baiulũ
interogassẽ quo nã modo post mor-
bũ vitam degeres, plane didici te om
nibꝰ diuinis literis frequẽtẽ operam
dare, Psalmorũ aũt libro magis incũ
bere, atque istuc cõtẽdere, vt in singu
lis quibusq; psalmis latẽtẽ sẽsũ de-
prehẽdas. Quo te chariorẽ habeo, ꝙ
ego ipse quoq; ita magnam erga idẽ
volumẽ gero affectionẽ, vt vix alias
in vniuersam scripturam. Equidem
cũ essẽ ea volũtate prædit⁹, obuiã fui
cuidam Philopono tũ seni. Cupio
sane tibi quæ vir ille mihi de psalte-
rio quod manu gestabat enarrauerit
prescribere, habet em̃ ea res cũ ratio-
nabili explanatione nõnullam etiam
per

persuasionē. Aiebat aūt sic: Omnis quidem fili accepta nobis scriptura tam vet⁹ q̄ noua diuinitus inspirata est, et vtilis ad doctrinam, vt scriptū est. Singularē aut obseruationē præbet attēdētib⁹ nobis liber psalmorū. De cæteris enī libris peculiarē singuli professionē pollicēt et præ se ferūt. Vt Penthateuch⁹ mūdi originē, Patriarcharū gesta, reditum Israelis ex Aegypto, Leges latas, apparatū tabernaculi, et sacroꝝ ordinū īstitutionē Triteuch⁹, distributionē hæreditatis, acta Judicū, et Dauidis natiuitatē atq; gen⁹, Regna & reliquiæ, gesta regū, Esdras deīde captiuitatē, reditū q; ppl̄i, restaurationē tēpli et ciuitatis. Post vo, pphetæ, de saluatoris aduētu vaticinia, et admoītiōes preceptoꝝ, & transgressoꝝ obiurgatiōes et futuros gentib⁹ euent⁹. Liber aūt psalmoꝝ ceu hort⁹ qdam deliciarū, & cūcta hæc pferendo dulce cantillat, et singula circa ea organice ludendo demonstrat.

Liber psal: omnium ... mundi

De Genesi enim psallit in .18. Coeli enarrant gloriam Dei, creationem

aũt vel poesim eius adnunciat firma mẽtum, et. 23. Domini est terra et plenitudo eius, orbis terrarum et vniuersi qui habitant in ea. Ipse super maria fundauit eam.

At quæ in Exodo sũt, in nũeris in Deuteronomio, præclare canit in. 77 psalmo et. 104. 105. 113. In exitu Israel de Aegypto dom⁹ Jacob de populo barbaro, qđ cõsonãter expressit in 104. cũ ait. Misit Moysen seruũ suum, et Aaron quẽ elegit sibi, misit tenebras et obscurauit eos, cõuertit aquas eoꝝ in sanguinem, edidit terra eorum ranas. Quin totũ psalmũ hũc cõperiem⁹ de illis euentis esse scriptũ De sacerdotio quoq; ac tabernaculo refert in. 28. Afferte Dño filij Dei, afferte Domino filios arietum.

Quæ demũ Naue sũt Judicumq; ali quo modo cõmõstrat in psalmo. 106 Cõstituerũt ciuitates habitationis et seminauerũt agros, et plantauerunt vineas. Nã sub Naue data est eis terra ꝑmissionis, sed qđ in eodem psalmo subsequit. Et clamauerunt ad Dñm cũ tribularẽtur, et de necessita

tibus

tibus eorum liberauit eos, id Iudicum volumen indicat: tunc enim clamantibus illis excitauit quocunq; tẽpore subsidiarios iudices, et populũ a molestatoribus suis liberauit.

De regib⁹ etiam cõcinuit in. 19. Hi in currib⁹ et hi in equis, nos autẽ in noĩe Dñi dei nostri magnificabim⁹, Ipsi obligati sunt et ceciderunt, nos autem surreximus, et erecti sumus.

Esdræ deinde quæ sunt in. 125. qui est graduũ, canuntur. In cõuertẽdo Dñm captiuitatẽ Sion, facti sumus sicut consolati. et iterũ. 121 Lætat⁹ sum in ijs quæ dicta sũt mihi, ĩ domũ Dñi ibimus. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt trib⁹ tribus Domini testimonium Israel.

Præterea quæ vniuscuiusq; fere pphetarũ sunt, insinuat tã de saluatoris aduẽtu, q̃ etiã q̃ idẽ cũ sit Deus, tamẽ ad nos hoĩes pfecturus sit Itaq; in psal. 49, canit, Deus manifeste veniet, De⁹ noster et non silebit

et in

et in·117. Bñdictus ꝙ venit et in noīe Dñi. benedixim⁹ vobis de domo domini, Deus Dñs et illuxit nobis. Quod vero ille sit patris vbū i.106. sic modulat. Misit vbū suū et sanauit eos, et liberauit eos de īternicōib⁹ eoꝝ, Nam is ꝙ venit De⁹ idē verbum quod missum est.

Agnoscens autem verbum illud esse filium dei, cantat voce patris psal 44. Eructauit cor meū verbū bonū. Et iterum, 109. ex vtero ante luciferū genui te. Quid enī aliud ꝗs diceret genitum Dei, ꝙ̄ verbū et sapientiā ei⁹? Cumqꝫ hunc sciret liber psalmoꝝ esse verbū patris, dixit in. 32. Verbo Dñi coeli firmati sunt, et spū oris eius oīs virtus eorum, Christum autem id est vnctum, eundem aduentare nō ignorauit, sed de illo accurate loquit in 44. Sedes tua De⁹ in sæculum sæculi, virga directiōis virga regni tui Dilexisti iustitiam ⁊ odisti iniqtatem ꝓpterea vnxit te De⁹ Deus tu⁹ oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Et ne quis eum apparenter tantū ac secundum phantasiam crederet esse

ſe ver

se venturum: promulgauit hominem ipsum nasciturum, et eum esse per quē oīa facta sūt, vt in .86. Mater Sion dicet homo, et homo nat⁹ in ea, et ipse fundauit eam altissim⁹, huic simile dictum est. In pricipio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et de⁹ erat verbum, omnia per ipsum facta sunt. Propterea quoqꝫ illud ex virgine non tacuit, sed mox ei⁹ demonstrationē quandam attulit ī. 44. Audi filia et vide et inclina aurē tuam, et obliuiscere ppłm tuum et domum patris tui. Quia concupscet rex decorem tuum, qm̄ ipse est Dominus tuus. Hoc iterum par illi est, qđ a Gabriele dicit, Aue gratificata, Dominus tecum, cum em̄ asseruisset ipsum fore Christū, statim humanam ostendit natiuitatem, quæ futura esset de virgine, Audi filia. Gabriel pprio illam noīe vocat Mariam, ꝙ ei erat quantum ad cognationem extraneus, Dauid aūt ex suo semine nascituram appellauit filiam.

Obseruabit et hoc, vt quem affirmasset nasciturū esse hominem, cōse-

quẽter eũdẽ in carne passibilẽ fore significaret, certus de futuris Iudæorũ insidijs. Vnde psallit secũdo sic. Quare fremuerũt gẽtes, et populi meditati sũt inania? Astiterũt reges terræ, et principes cõuenerũt in vnũ, aduersus dñm et aduersus Christũ eorũ, Inq3.21.cõditionẽ mortis ex persona saluatoris describit. In puluerẽ mortis deduxisti me, qm̃ circundederunt me canes multi concilium malignantiũ obsedit me. Foderũt manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero consyderauerunt et inspexerunt me, Diuiserũt sibi vestimẽta mea, et super vestẽ meam miserunt sortẽ. Fodere autem manus et pedes, quid aliud dicendo, q̃ crucem significat?

Hæc oĩa docẽs etiam adiecit quod nõ ꝑpter seipsũ, sed ꝑpter nos eiusmodi patiat̃ Dñs. Quapropter in ipsius iterũ persona. 87. sic ait. Super me confirmatꝰ est furor tuꝰ. Et. 68. Quæ nõ rapui, tũc exoluebã. non eñ reꝰ et obnoxiꝰ morit̃, sed ꝓ nobis passus est Et cũ furorẽ qui cõtra nos ob

prae-

præuaricationē oris erat, ipse super seipsum imposuit. Unde cū illud legamus de psalmo 137. Dñs retribuet pro. Et vicissim spūs in. 71. pollicatur, q̄ saluos faciet filios pauperū, et humiliabit calumniatorē, quia liberabit pauperē a potente, et pauperem, cui non erat adiutor.

Per hoc suū ipse in coelos reditū prænunciauit. 23. Attollite portas principes vestras, et eleuamini portæ æternales, et introibit rex gloriæ. In. 46, aūt. Ascēdit Deus in iubilo, Dñs in voce tubæ. Aliquāto post, Adnūciat diuinā sedē. 100. Dixit Dominus Dño meo sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Et in. 9. addit cōsummatā diaboli perditionē, cū exclamat. Sedisti super thronū qui iudicas iustitiā, increpasti gētes, et periit impius. Etenim quod iudicandi potestatē a patre acceptauerit, noluit esse occultū, Sed vēturū vniuersis iudicē, ipsū patefecit. 71. Deus iudiciū tuū regi da, et iustitiam tuā filio regis: Iudicare populum

lum tuum in iustitia, et pauperes tu-
os ĩ iudicio. Et. 49. Aduocauit coelũ
desursum, et terram discernere popu-
lum suum. Et adnunciabunt coeli
iustitiam eius, quoniam Deus iudex est.
Et. 71. Deus stetit in synagoga Deoꝝ, ĩ
medio autem Deos dĳudicat.

Vocationem autem gentium vale-
mus ex isto libro per varios locos cog-
noscere, potissimum in Psalmo. 44.
Omnes gentes plaudite manibus, iu-
bilate Deo in voce exultatiõis. Et. 71
Coram illo procident Aethiopes, et
inimici eius terram lingent. Reges
Tharsis et insulæ munera offerent,
et adorabunt eum omnes reges ter-
ræ, omnes gentes seruient ei. Hæc igi
tur psalmis cantantur, quæ singu-
latim in aliĳs libris enarrantur.

Prudenter item in qualibet scri-
ptura (inquit) præcipue de saluato-
re sit mentio, ea extat oĩbus commu-
nis professio, et eadem consonantia
spiritus. Sicut enĩ illa quæ aliorum
sunt, in hoc libro possunt inueniri, ita
et quæ huius sunt, in aliĳs plærunq;
reperiuntur. Moyses nanq; canticũ
scribit

scribit, Isaias cōcinit. Habacuc carmī
ne orat. Rursus in quolibet libro vi-
dere licebit et ꝓphetias, et legū præ-
cepta, ⁊ historias. Est em̄ idem spūs
super oēs, ⁊ iuxta distributam in quē
libet diuisionem, quisqȝ gratiam si-
bi datam administrat et implet, siue
sit prophetia, seu legislatio, aut histo
riæ narratio, vel psalmorum amoe-

Verum quod vnus est et (nitas.
idem spūs cui⁹ omnes diuisiones sūt
et ipse secundum naturam est indiui
sibilis, erit hoc iccirco re vera in seip
so totum, sed intellectu reuelatiōes et
diuisiōes spūs singl'is cōtigunt, et tū
iuxta subiectam oportūitatem sæpi⁹
vnusqsqȝ respōdens eloq ꝟbū. Vn-
de orit id quod paulo añ dixi legisla
torē Moysen ꝓphetare quāqȝ, ac
etiam cantare. vicissim vero et ꝓphe
tas etiam leges atqȝ præcepta dare.
Lauaīni mūdi estote. Et laua a mali
tia cor tuū Hierusalē, et historias ali
quando resqȝ gestas recēsere. vt Da-
nielē nouim⁹ de Susanna. Et Isaiā
de Rapsace atqȝ Senacherib, haud
alit et Psalmoꝝ liber habet, qd Oda
rum est pro-

propriũ, vt q̄ ĩ aliis libris transitorie dicũt, ea hic late ꝓsequat cũ dulci vt præfert modulamine. Præcipit nihilominꝰ q̄ dolo desine ab ira et derelinque furorē. Declina a malo et fac bonũ, ĩquire pacē et persequere eam. Et qñ historias quoqꝫ recitat, vt quæ Israeli acciderũt in via, et vaticinat de saluatore, quēadmodũ priore loco dictũ est. Extat igit ea spũs gratia cõmunis et apud oēs eadē: prout necessitas postulat, ⁊ spũs vult. Nõ eñi differt plꝰ minꝰ in eodē vsu, cũ quilibet strenue suũ explet et perfectum exequitur ministerium.

Et ita liber Psalmorũ iterum habet ꝓpriam gratiã præcipuamqꝫ obseruationē. Nam ĩter alia quibꝰ ad cæteros libros proportionē habet et cõmunionem, etiam propriũ sortit hoc mirabile, qđ cuiuscunqꝫ aĩæ motus et mutationes atqꝫ correctiones descriptas et effigiatas in se continet, vt si quis velit, facile queat ex eo tanq̄ ab imagine certa, quædam sumere, ac consyderare, tum deniqꝫ seipsum conformare, vt ibi scriptum est. In

aliis

aliis enim libris tantūmodo audiui-
mus legem præcipientē, quid fieri
oporteat, et quid non oporteat, tū pro
phetiam, vt veniētē nō ignorem⁹ sal
uatorē, nec nō histořas, quib⁹ cogno-
sci possint regum et sanctorū gesta.
In libro autem Psalmorū simul cū
eo, etiam quod audiēs illa didicerit,
adhuc et motiones animæ suæ inspi
cit ei deprehēdit. Et deīde ad quæ af-
ficiē, et in quo cōprimiē seu torqueē,
poterit rursus ex isto habere imagi-
nē et exēplar orationum, vt non so-
lum postꝙ audierit pertranseat, sed
etiam qualiter debeat, ⁊ dicto ⁊ facto
affectionē curare, perdiscat. Sūt et ī
aliis voluminib⁹ prohibitiui sermo
nes vitia vetātes. In isto autē mod⁹
quo abstineatur, præscript⁹ esti. Ver
bi causa, monemur poenitere, tum
quod poenitere, sit cessare a peccato.
Verum in hoc libro forma poeniten-
di traditur, et quid oporteat dicere in
præsentia.

Deinde succedit Pauli doctrina, tri-
bulatio patiētiam operaē, patientia
aūt ꝓbationē, ꝓbatio ꝑo spem, spes

aūt non

sũt non cõfundit. Sed in psalmis, et quõ ferre oporteat tribulationes, et qua via singuli ꝓbemur, et qua vtamur oratione, sperantes in dñm, ostẽdit, Præterea præceptũ ẽ ĩ oĩb9 gratias agere. Quidnam vero dicere agentẽ gratias deceat, expresserũt psalmi. Porro ab aliĭs accipim9. Oẽs ꝙ pie volũt viuere in Christo, persecutionẽ patiẽt. Ex istis certe audim9, quõ fugiẽtes sapere oporteat, et ꝙ sint ꝙ persecutionẽ patiant, et quales orõnes post persecutionẽ debeãt liberati offerre Deo. Bñdicere iubemur Dño, et illi ꝯfiteri, sed qua forma deũ laudem9, ⁊ ꝙ ꝟba ꝯfitẽdo ꝓferre deceat ꝯueniat, ex psalmis instituimur. Ad sũmã. In vnaquaq; causa inuenire licet diuina cantica ad nos potius, ꝗ̃ ad motum et statum pertinentia.

Est itẽ hoc vnũ ĩ psalmis admirabile, qđ ĩ aliĭs libris, aut ꝗ̃s res dixerũt scti, aut de ꝗb9 scripserũt, ita legim9, vt enarrare tantũ ac recitare videamur, ⁊ ꝙ legẽtes nos audiũt mox alios esse quosdã ꝯcipiũt de ꝗb9 sermo fiat, et allegata eoꝝ gesta sæpe ita mi

rans

mirant et laudāt, vt ad ea imitanda
parati sit. Hūc vero librū q̄ i man⁹ sūp
serit (ꝓphetijs solū exceptis) quas vt ī
alijs scripturis, ita et hic laudib⁹ ef-
fert ⁊ colit, cætera psalmoꝝ ceu ꝓpri
a et sua ỽba legit, Et q̄sq̄s erit q̄ au-
diat, haud sec⁹ stimulat, atq; ipse i-
dē esset q̄ legeret, ad ỽbaq; carmina
dispōit et parat, ac si peculiarit essēt
sua. Declaratiōis aūt gratia non me
pigebit scđm sāctū Paulū, repetentē
idē iterū dicere. Varij sermōes ꝓphe
tarū sūt, ⁊ eoꝝ ꝓprij, peculiarit ab
eis ꝓlati. Locut⁹ est Moyses ⁊ De⁹
respōdit. Elias ⁊ Elisæ⁹ ī mōte Car
meli sedētes īuocabant Dn̄m, ⁊ sēper
dicebant, Viuit Dn̄s. in cui⁹ aspectu
sto hodie. Et sic de alijs sctōꝝ ꝓphe-
taꝝ sermoīb⁹, q̄ apparēt præcipui de
saluatore, tam q̄ ad gētes q̄̄ q̄ ad Is-
raelē habiti sūt. Nemo tn̄ dicta ꝓphe
tarū tanq̄̄ sua pronunciare, nec Moy
si verba proprie de se prolata vel imi
tari conabitur, nec Abrahæ de do-
mi suæ dispensatione nato seu Ismae
le, nec non quæ de magno Isaac fe-
runtur, etiam si qua necessitas vt ita
dixerim,

dixerim, coegerit, tamen quasi extent sua propria dicere quisquam ne aus⁹ quidē fuerit. Quia si quispiam cōpassione quantacunqꝫ duct⁹, aliquo melioris desiderio commoueatur, neutiquam vt Moyses orauerit, ostende mihi teipsum. Nec itē sic contenderit, si dimiseris eis peccatū dimitte, sin nō dimiseris, dele me de libro cui inscripsisti. Nullus quoqꝫ verbis Prophetarū pro suis vtetur, vt eisdem proprie hūc quidē laudet, hūc vero vituperet pari mō vt illi vel laudarūt vel vituperarūt. Neqꝫ hoc, viuit dn̄s. in cui⁹ conspectu sto hodie, vsurpabit ꝗsquā ꝓ suo. Nā ꝗ eos libros euoluerit, plane notū habebit, nō eē ꝓprios legētis sermones, sed illorū sctōrū, et eorū qui ab illis citātur. Qui aūt Psalmos recensuerit, exceptis ꝗ sunt de saluatore ac gētibus vaticiniis (mirabile dictu) oīa ꝟba cōmutatim pro suis loquer, et quasi de seipso scripta cantabit, nō aūt vt si essent alteri⁹ cuiusꝙ, ꝗ ea dixisset, aut de altero quopiā allegata recipit et trāscurrit, sed tāꝙ ipse de seipso loquēs cōponit. et ꝗ dicunt tāꝙ ea

ipse

ipse fecisset, ex semetipso comminiscens refert ad Deum, Non enim singulari ea cultu venerabitur, quasi patriarcharum ac Moysi, aliorumque prophetarum essent verba, eo quod tam legum obsequētem, quā etiam transgressorem, et vtriusque illorum actus continent Psalmi. Vnde necessarium est omnem hominem illis conprehendi, et vt de obseruante mandatum, vel prævaricante quolibet orationes huiscemodi facere mentionem. Sane mihi videtur Psalmos psallenti esse, sicut speculum, in quo ipse cernere valeat animæ suæ motus, et ita conperiens, eosdem cæteris enunciare. Nam q audit legentem carmen aliquod eiusmodi, profecto id accipit quasi de seipso conscriptū: et quū eū remordet conscientia, compunctus aget poenitētiam, aut de spe in Christum, et gratia erga fideles certiorque factus, exultare et agere deo gratias incipit. Ergo qui terciū cantauerit in proprias tribulationes inspiciens, quasi verba sua eē putabit. Qui 10. et. 16. quasi fiduciam sui propriam et vo-

tum enunciat. Qui. 50. per poeniten tiam sic vt est verba eius loquitur. Qui orat. 53. 55. 56. 141. tanquam non alio persecutionem passo, sed disponitur, quasi idē ipse tolerauerit, et hos Deo ceu proprios sermones modulatur. Ita omnino quisque psalmus spūs dict9 et cōposit9 est, vt animæ nostræ motiones in illis valeam9 cōsyderare, sicut in superiorib9 ostēsum ē. Oēsqz reputare de nobis esse dictatos, haud sec9 atqz nostra vba, vt ijs meminerimus, tam pprios in nobis mot9 q̄ vitæ nostræ correctionē. Ex eīs q psallētes exprimūt, cōmode nobis metipsis fore possunt, et characteres et formæ. Porro hæc est saluatoris gratia, vt homo propter nos factus: etiam corpus suum pro nobis in mortem daret, quo cunctos liberaret a morte. Coelestem autē et placidissimam viuēdi politiam ei9 nobis cupiens ostēdere, illam in seipso exhibuit formatam, vt non facile contingeret aliquos decipi ab inimico, quando securitatis pignus tenerent, partam scilicet sibi pro nobis victoriam

Qua

Quapropter non solum docuit, sed et fecit, vt quisq; nostrum audiremus eum loquentem, et tanquam in imagine conspicientes, acciperemus ab eo faciendi exemplum. Præsertim hoc audito, Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Quis aūt posset aīo cogitare vllam ad virtutes perfectiorem doctrinam, quam cuius formam expressit Dominus in semetipso?

Optet velim sibi aliquis vel patientiam, vel humanitatem, vel benignitatem, vel fortitudinem, vel misericordiam, vel iustitiam, oīa in illo reperiet, vt nihil ad virtutē deesse videatur, si quis inspexerit hūanā Dñi vitam. Quod Paul9 cognouit dicēs: Imitatores mei estote, sicut ego Christi. Nam qui apud Græcos sūt legislatores, non amplius quam dicēdo placēt: Domin9 aūt, vere dñs vniuersorum, et eorum q fecit curator, non solum leges finxit, sed et earum formam seipsum dedit, vt se scirent habere qui vellent illarum exequēdi potestatem. Quod ideo ante eius aduentum psalmis intonuit, vt sicut in seipso per-

 fecte

fecti et coelestis hominis figuram præbuit, ita et ex psalmis quisquis vellet, motus et dispositiones animorum perdiscere posset, inueniens in eisdem cuiascunqz motionis curam et correctionẽ. Si eñ oporteat ꝓbabilius ꝛ euidẽtiꝰ dici, omnis ꝑfecto scriptura diuina, ꝟtutis est, et veræ fidei magistra, Liber aũt psalmorum, habet etiam quodam modo imaginem statꝰ animarũ. Nam vt regẽ accessurꝰ quispiam cõponit, et habitũ, et verba, vt nõ extranea dicẽs, imperitꝰ vocetur, ita diuinꝰ iste liber, currenti ad virtutẽ, et cupiẽti saluatoris in corpore videre vitam, lectiõe sua priꝰ suggerit atqz recẽset motus, et affectiones animarum, et demum accedẽtem instruit, et docet hmõi sermonibus.

Sũt vero, vt quantũ ad hũc librũ attinet, id in primis obseruetur, alij constituti in narratione, alij in admonitione, alij in prophetia, alij in prece, alij tanquam in confessione.

Qui dicuntur in narratione, hi sunt. Decimꝰ octauus. 43. 48. 49. 72. 77. 86. 88. 109. 113. 126. 136. summa. 12.

Qui

Qui aũt ad preces, hi sũt. Sextus 67.89.101.131.141. summa, Sex. Qui ad euẽtum, votum, et obsecrationes Quintus .6.7.11.12.15.24.27.30.34.37.42.43.44.55.56.58.60,66.82.85 87.139.140.142. summa.25.

Qui ad euentum, votum, obsecrationem et gratiarũ actionẽ.138.vnus.

Qui quasi ad euentũ solũ.3.25.68.69.70.73.79.108.122.129.130. sũ. 12.

Qui ad confessionem, quinquagesimus, vnus.

Qui commixtam habent confessionem. Nonus.74.104.105.106.117.135.136. summa octo.

Qui cõplicatam habent confessionẽ et narrationem cum laude.111.vnus.

Qui in admonitione.39.vnus.

Qui in prophetia. 20.21.44.46.71. summa, quinqz.

Qui denũciat et vaticinatur.109.vnus

Qui exhortantur et quasi prouocant, sunt. 28.32.80.94.95.96.97 102 103.104. summa decem.

Qui exhortatur cũ cantico.149. vnus.

Qui virtutis modum describunt, 104.111.118.124.132. summa quinqz.

Qui laudē adnunciant.46.112.116.134.145.146.147.148.150.sum.9.

Qui in actione gratiarum sunt.8.17.29.33.45.62.73.84,115.120.121.123.125.1281.141 summa quindecim

Qui beatitudinem resonant, primus 31.40.111.118.127.summa.sex.

Et alius qui demonstrat alacritatem cantu.117.vnus.

Et alius qui exhortatur ad fortitudinem,et est 71.vnus.

Qui accusat impios ac transgressores, ac iniquos, secundus.13.35.51.52.summa,quinqꝫ.

Et alius qui inuocat 4.vnus.

Qui interiecta denunciant, sicut.79.66.summa duo.

Qui in domino gloriandi affectus exponūt. 22.26.38.39.41.61.75.83.96.98.121.summa vndecim.

Qui prouocant et inuitant,57.81.summa duo.

Qui cum hymnis verba dicunt: 47.54.summa duo.

Qui exultationē de resurrectione,75.
Et alius exultationis solum (vnus.
verba dicit.99.vnus.

Quae

Quæ cum in psalmis ita sunt ordinata et disposita, facile deinceps futurum est, quoslibet posse in eorum quolibet, vt supra diximus, inuenire motum et statum animæ suæ, ac super vnoquoq; horũ et formam et doctrinam, et quid dicturus placere valeat Domino, et qualibus verbis seipsum corrigere, & gratias agere deo, ne contingat extraneo more dicentem in impietatem detestabilem incidere. Non enim solum de operibus, verum etiam de oĩ ocioso verbo reddere debebimus iudici rõnẽ.

Si igitur beatum aliquem dicere velis, habes quõ, et propter quid, et quem dicas, primum. 31. 40. 111. 127. Si reprehendere Judæorũ cõtra saluatoris insidias, habes odã secũdã.

Si persequuntur, et multi insurgũt aduersum te, dic tertium psalmũ.

Si autem et sic tribulatus inuocasti dñm, et quoniam exaudiuit agere vis gratias, canta quartũ, et. 114.

Si malignantes tibi noueris parere insidias, et auribꝰ percipi optes orationẽ tuam, canito mane quintũ;

 Si

Si minas dñi sentias, et inde territũ te vides, dicere potes sextũ, et.37

Si autem consilium ineunt aliqui contra te, sicut Achitophel contra Dauid, et hoc aliquis tibi nuntiet, cane septimum, et confide in deo qui te liberabit.

Cernens vero gratiam saluatoris circumquaq; diffusam, et saluatum genus humanum, si velis alloqui dominum, cane octauum.

Si rursus canere vis pro torcularibus, Deo gratias agens, iterum habes. 8. et. 80

Si eneruari cupis inimicum, et creaturam esse saluam, ne glorieris in temetipso, sed consydera filiũ Dei hoc dirigentem, et dic. 9. psalmum.

Si quis te metu afficere velit, habe tu fiduciam in dominũ, et canta. 10

Cũ aũt plurimorum superbiam videris, et superabundantẽ malitiam, ita vt nihil sit inter homines sanctũ, confuge tu ad Dominũ, et dic. 11

Si diutius perseuerent aduersariorum insidiæ, ne desperes quasi obliuioni traditus a domino, sed inuoca.

Dominum, canens duodecimum.

Si aũt blasphemantes aliquos aduersus prouidentiam audieris, ne sis tu quoq; particeps eorũ impietatis, sed accede ad Dñm, et dic. 13. et. 52

Deinde si vis nosse qualis sit regni coelorum ciuis, cane. 14

Opus est tibi oratione propter resistentes et circũdantes animam tuam, cane. 15. 16. 50. 85. 88. 140

Vis scire quomodo Moyses orauit, habes. 89

Saluus euasisti ex inimicis tuis, et liberatus a persequentibus te, cane tu quoque decimumseptimum.

Miraris et creaturæ ordinem, et prouidentiæ erga se gratiam et legis præcepta, cane. 18. et. 23

Tribulatos vides, consolare eos, et orans pro eis dic verba psal. 19

Vides te pasci a Domino, et prospere agere, gaudens super eo, cane vigesimum secundum.

Inimici super te irruunt, tu vero leuabis animam ad Deum, et dices vigesimumquartum, et aspectu iniuriatores eneruabis.

Perseuerant inimici, nihil aliud q̄ manꝰ habentes sanguine plenas, et quærentes te interimere, ne des homini iudicium, suspecta enim sunt humana omnia, sed Deum pete iudicem fieri, nam solus ipse iudex est, et dic. 25. 32. et 42

Sin autem sæuius incubuerint, et multitudo instar castrorum sint inimici, despicientes quasi ne vinctus quidem fueris, et icirco hostiliter te inuadere parati sunt, ne timeas, sed psalmum cane. 26.

Quoniam vero infirma est hūana conditio, si rursum impudentes sint, qui insidiantur, vt nullam tibi per eos liceat habere vacationem, clama ad Deum, proferens quæ continentur in vigesimoseptimo.

Si nosse velis quomodo gratias acturꝰ accedere ad deum debeas, intelligendo intellectualiter, cane. 28.

Deinde renouans domū tuam, tam animam quæ Dominum suscipit, q̄ sensibilem domum, in qua corporaliter habitas, age gratias, et dic. 49. et. 126,

Quando autem te propter fidē erga Christum, qui est veritas, ab amicis et propinquis odio haberi, et persecutionem pati noueris, ne frangaris animo, neue familiares et notos tuos auertere te cupientes extimescas, sed ab eis secedens, quæ futura sunt consydera, et cane. 30.

Vides baptizatos, et a corruptibili natiuitate ablutos, mirarisq; dei clementiam, cane super illos. 31.

Quando psallere vis cum multis, congrega iustos viros, et vita probatos, et cane. 32.

Incidisti in hostes, et certe ab illis aufugisti, et declinasti insidias eorum, si vis gratias agere, cōuoca mites hoīes et cum eis cane. 33.

Si vides iniquos in malum certare, noli putare secundum naturam illis inesse peccatum, quēadmodum hæretici quidam, sed dic. 35. Et videbis q͛s ipsi sint peccandi occasio.

Si videris malignos multa perpetrare iniqua, et a pusillis in hoc laudatos, quo tu cupias admonere aliquos, ne illis intendāt, neue pariē

amu-

æmulentur eosdem, quia ocyꝰ extin-
guantur, dic et tibi et illis. 36
At tu statuisti habere tui curam, et vides aggressorem inimicum (tunc eniñ magis in tales excitamur) et vis iam temet parare aduersus eũ, ca. 38
Cernis multos egenos et pauperes, et vis misereri eorum, potes hoc quidem iam miseratos recipere, alios autem ad sic faciendum hortari, dicendo. 40. psalmum.
Cæterum si omnino desyderium habens erga Deum, inimicos audis exprobrantes, ne perturberis, sed intelligens immortalem fructum, consolare animam tuam spe erga Deũ, et hac releuans vitæ dolores, dic quadragesimum primum.
Frequenter vis dei beneficia recordari quæ patribus fecit, et in exitu de Aegypto, et in deserto, et quomodo Deꝰ quidẽ bonus, ipsi autem ingrati, habes. 45. 77. & 101. 105. 106 113
Confugisti ad deum, et euasisti tribulatiões tibi paratas, si gratias deo agere vis, et narrare eius erga te benignitatem, habes. 45
Pecca-

Peccasti, et conuersus pœnitentiæ moueris, et petis misericordiam consequi, habes confessionis et pænitentiæ verba in psalmo. 50

Si calumniam passus es a malo principe, et diabolum vides gloriantem, secede, et dic quæ sunt in. 51

Quando aliqui te persequi, et calũniari statuunt, prodere volentes vt Pharisæi Jesum, et alienigenæ Dauid, ne tædio marcescas, sed confidens in Dño, et laudans eũ dic quæ habentur in. 53. et. 55

Si autem concurrat persequutio, et ex ignorantia in speluncam ingrediatur in qua tu lates, neq; sic metue. Habes enim ĩ eiusmodi necessitate vtiles et ad consolandum, et æternæ memoriæ tradendum in psalmo 56. et. 141

Si obseruari iusserit domum qui insidiatur, et tu effugeris, habe Deo gratiam in anima tua tanq̃ in tabulis incidendam, ad perpetuam rei memoriam, quia non sis perditissime consumptus, et dic. 58

Si exprobrent inimici qui tribulant

te, et nugis detrahant qui reputati sunt esse amici, et tu tristitia mouearis aliquantulum in exercitatiõe tua, potes cõsolationes recipere, laudando deum, et dicendo. 54.

Contra hypocritas et persona gloriosos, dic ad conuersionem eorum. 57.

Ad irruentes in te asperius, qui conantur rapere animam tuam, oppone subiectionem erga Deũ tuũ, et bono sis animo, quanto enim magis illi sæuiunt, tanto plus subijcientur Dño. Dic aũt q̃ in psalmo. 61.

Si persequutionem fugiens, in desertum concesseris, ne metuas, quasi solus ibi sis, habes enim Deũ, et diluculo ad eum surgens, dic. 62.

Terrent te inimici, et insidiari nõ desinunt, quinimo cũcta quæ tibi aduersa sunt perquirunt, etiam si plurimi sint, tu ne cesseris, sagittæ enim paruulorum erunt plagæ eorum, sic concinueris. 63. 67. 69. et. 70.

Quando cupis hymnum Deo canere, habes. 64.

Si velis instituere aliquos de resurrectione, canta. 69

Petis

Petis a Deo misericordiam, lauda eum, et cane. 66.

Si videris impios in pace lætantes, ne scandaliZeris, neu cõmouearis, dic et tu ea quæ in. 72. continentur.

Quando iratus est populo de⁹, habes verba quibus illum prudenter cõsoleris in. 73.

Quando cõfessione tibi opus erit. ca. 70. 74. 91. 104. 105. 106. 107. 110. 117

Vis refutare gentiles et hæ (135. reticos, quia non sit in eis dei cognitio, sed in sola ecclesia, potes ĩtelligẽs canere et dicere q̃ sunt in. 75.

Cum inimici præoccupant effugia tua, et omnino tribularis, etiamdum perẽbaris, noli desperare, sed ora Et si clamans exauditus fueris, gratias age deo, dicens. 76.

Si perseuerantes inimici irruerint et polluerint domum dei, et sanctos occiderint, et eorum corpora volatilibus coeli obiecerint, ne consternatus metuas eorum crudelitatem, qui cõpassus es patientibus, accede igitur ad deum, et dic. 78.

Desyderas in die festo cantare domino, conuoca dei seruos. et cane 80. et. 94.

Congregatis iterum inimicis omnibus, circumquaq; et minitantibus domui dei, et coniurationes facientibus contra religionem, vt non frangaris animo propter multitudinem et potentiam eorum, habes quasi anchoram spei, verba psalmi. 82.

Si vides domum dei, et aeterna eius tabernacula, et desyderium habes ad ea sicut habebat Apostolus, dic et tu octogesimumtertium.

Si cessauerit tandem ira, et soluta captiuitas fuerit, quo gratias agere paratus sis, habes. 84. et 125.

Differentiam autem ecclesiae quo ad apparatum et figuras, si vis cognoscere et reuereri, potes dicere quae sunt in. 86.

Confortare vis teipsum, et alios ad religionē, et q̃ spes in deum non confundit, sed intrepidam parat animam, lauda deum et dic. 90.

Vis sabbato canere, habes. 91

In die Dñico vis agere gratias, habes. 23

In secundæ sabbati vbi canere voles, accipe. 94.

Cupis in parasceue modulari, habes laudem in. 92. tunc eñ domꝰ ædificata fuit, & quis hostes conarentur impedire, atq; ideo triũphale carmen canendum est ipsi deo. Vnde tunc dicta recitare decebit, ut in. 92.

Si captiuitas fuerit, et vastata domꝰ, rursusq; ædificata, cane quæ sunt in nonagesimo quinto.

Si terra fuerit ab hostibus vexata, et deinde quiescat regnante domino, et velis de eo modulari carmen, habes. 96.

Vis in quarta sabbati canere, habes. 93. tunc enim traditus dñs cæpit vlcisci mortis vindictam, et de ea triumphare cum audacia. Cũ igitur euangelium legens videris in quarta sabbati Iudæos cõsilium capientes cõtra Dñm, ipsum añt audacter stantem pro nobis aduersus diabolum cane quæ sunt in, 93.

Vides item prouidentiam Dei in oĩbus, et erga oĩa, et Dominiũ eius, et vis initiare aliquos in eius fidem

et obedientia, persuadendo prius vt confiteantur, dic. 99.

Si noueris eius iudiciariam potestatem, et quod iudicio admiscens m̄iam iudicat deus, vnde recipere velis consolationem, habes. 101.

Quoniam autem decet per oĩa et in omnibus nos gratias agere Deo, quando cupis benedicere ei habes quo tuam animam adhorteris vt dicas. 102. et 103.

Vis laudare deum, et cognoscere q̄uo, et quam ob rem laudari debeat, et qui sermones conueniant laudanti habes. 116. 117. 134. 145. 146. 147. 148. 150.

Habes fidem illis quæ dixit Dominus, et credis illis quæ orando loqueris, dic. 115.

Ascendentem teipsum s̄eseris operibus quasi dicas quæ retro sunt obliuiscar, quæ ante, intendendo, habes singularem fœlicitatis ꝑgressum, ad dicendum. 15. graduum carmina.

Si captiuatus alienis cogitationibus sensisti te abductum, et pœnituit, desine deinceps, et manens vbi te pec

te peccantem deprehendisti, sede ac luge tu quoq;, quemadmodum fecit tunc populus, dicens quæ sunt. 136. psalmo.

Arbitraris tentationes esse tui probationem, et vis post tentationes agere gratias, habes. 138.

Comprehensus es rursus ab inimicis, et liberari vis, dic. 139.

Obsecrare vis et orare, cane. 5. 140 141. 142. 145.

Inimicus tyrannus insurrexit aduersus populum, tu aūt ut David ipsum Goliath noli timere, sed crede tu quoq; ut David, et dic canendo: 143. Beneficia dei miraris et bonitatem ei⁹ tam in te, q̄ in omnes recolis. Et propterea bn̄dicere vis deo, dic verba quæ David ipse dixit in. 104.

Cantare vis Dn̄o, habes ad dicendum. 95 et 97.

Si pusillus forte præelectus fueris ad aliquem usum fratrib⁹ tuis, ne extollaris contra ipsos, sed Deo q̄ te elegit da gl'iam, et dic tu quoq;. 51. qui peculiaris ipsius David est.

Vis canere habentem obœdientiā

Alleluia, accipe.104.105.106.110.111.112.113.114.115.116.117.118.134.145.146.147.148.149.150.

Quando vis singulariter de saluatore canere, inuenies in quolibet psalmorum talia. Magis autem habes.44.et.109. qui demonstrant ingenuam eius ex patre natiuitatem, et corporalem ipsius præsentiam. Sexagesimum autem primum et 68. qui dicunt de diuina cruce, et quantum pro nobis insidiarum tolerauerit, et quanta passus est. Sed et secundus, et.108. qui significant Iudæorum insidias et malignitatem, et Iudæ Iscariotæ proditionem. Vigesimum etiam nonum, et.71. qui manifestant regnum eius, iudiciariamque potestatem, et ipsius ad nos item corporalem præsentiam. Insinuat et .15. corporalem eius resurrectionem. 23. quoque et 46. in coelos ascensionem. Cumque legeris. 92. 95. 97.98. potes contemplari saluatoris bñficia in nos per passiones collata.

AD LECTOREM.

Memineris, candide lector, numerum psalmorum qui in isto Athanasij tractatu continetur, esse secundum communem translationem: quare si aliquem hic prædictorum reperire volueris in præcedenti psalterio secundum Hebraicam supputationem ordinato, a Psalmo nono ad finem vsq;, vel eo circa accipies psalmū sequentem tui numeri.

SVC

SVCCINCTISSIMA

et quantum phrasis Hebraica per mittit, ad literam proxime accedens Paraphrasis in cõcionem Salomonis Ecclesiastæ per Joannẽ Cãpensem.

ORNATISS. VIRO

Jacobo Dures, Ecclesiæ collegiatæ sancti Petri apud Insulenses Decano V. S. S.

QVum iamdiu mecũ solicitus dispexissem, nunqua tandẽ ratione possem aĩmũ meũ tuæ dignitati addictissimum, ab ingratitudinis nota vindicare, oportune hisce diebus Ecclesiasten non minus docte, ꝙ perspicue Latinis verbis per Joannem Campensem virum, vt et ipse nosti, doctissimum, nobis concionantem a Lodouico Bauuino, viro integerrimo nactus, tibi literarum sacrarum præsertim, amantissimo, ac per te studiosis omnibus nunc typis excusum mitto. Maiora etiam cupidissime missurus, simul atq;

atq; huic meæ tui nominis studiosis-
simæ voluntati responderit facultas
Sed quid dixi, maiora? certe si rem
ipsam potius expendamus, q̄ verba
adnumeremus, vir quicquā maius
sperare possimus. Libellus est exigu-
us, esto. Nonne et minutis herbis
magna inest virtus? ac minimis gē-
mis maximum adest precium? In
hoc quantumuis paruo libello paci-
ficus ille Salomon veram sapien-
tiam, nimirum ipse sapientissimus,
rectius tradit, q̄ philosophi isti suis
immensis voluminibus, Quare qd
maius haberi potest? Itaq; mi obser-
uandissime D. Decane libellum hūc
sic maximum obuijs vlnis
amplectere, ac nostrum
de te bn̄meren-
di studium
boni q̄so
consule.

Lutetiæ. 1532. 14. CAl. Decē.

CONCIO FILII DAVID REGIS IN HIERUSALEM.

Caput. j.



Onstanter affirmat concionator, omnia omni tempore obnoxia esse vanissimæ vanitati
2 Quem enim stabilem fruc-
tum referet homo, ex ijs quæ sub So
le sunt: etiam si multis modis se tor-
queat in hoc, vt fructum aliquem in-
veniat?
3 Qui nunc versantur in terra,
assidue ad interitū properant, et alij
in eorum locum succrescunt: terra in-
terim immota manet, veluti thea-
trum, in quo hæc fabula peragitur.
4 Orietur Sol, et occidet Sol: et
vbi ad locum suum præ opere an-
helans redierit, iterum ibi sine cessa-
tione orietur.

Sol suo motu omnia que sub ipso sunt, immutat.

5 Flat nunc versus Austrum
ventus, nunc versus Aquilonem: et
versus alias deinde orbis partes,
donec singula irrequiete lustrando
revertatur eo, vnde flare coeperat.

omnia

CAPVT I.

6 Omnia flumina i͂fluunt in mare,
et mare non exundat: remittit enim
mare ea, ad loca vnde fluere coepe-
rant, vt rursus in mare influant.
7 Omnes res, dum absq; vlla in-
termissione currunt, sic lassæ fiunt,
vt non possit homo apposite de eis
quicq̃ proloqui: non enim subsistunt
donec oculis quantumuis diligenter
contẽplantis vel auribus auidissime
auscultantis fiat satis.
8 Quicquid olim fuit, nunc est, et
simile est illi qđ paulo post erit: quic
quid factum est olim, nunc est, et ali-
quanto post simile illi fiet: In sum-
ma, nihil omnimo est sub Sole no-
uum, qđ huic vicissitudini obnoxium
non sit.
9 Inueniri ne poterit res vlla, de
qua dicere liceat, hæc res noua est?
Non profecto: fuit enim sæculis su-
perioribus, et interijt, sicut et hæc in-
teritura est.
10 Primorum nulla apud nos nũc
extat memoria: funditus enim interie
runt. neq; horum quæ nunc stulti
miramur, vlla apud posteros me-

Ipsi oculi inter videndũ, et aures inter audiẽdũ, assidue mutãtur, et aer per quẽ rerũ simulachra ad sensus diffundũtur, assidue vẽto agitatur.

moria erit.
11 Ego concionator, quamuis rex
eſſem totius populi Judaici, habi-
tans in Hieruſalem:
12 Toto pectore in hoc incubui,
vt ſapienter inueſtigando, perdiſce-
rem quicquid ſub Sole fiat.
13 Hoc moleſtum cognoſcẽdi ſtu-
dium, immiſit Deus in animos ho-
minum, vt eo ſe torqueant.
14 Conſideraui oĩa q̃ ſub Sole
fiunt, et deprehendi nihil eſſe in reb⁹
omnibus præter meram vanitatem,
quæ tamen hominis animum mirifi
ce torqueat.
15 Quod corruptum eſt, reſtitui
non poteſt: quæ autem aſſidue cor-
rumpuntur, innumera ſunt.
16 Dixi apud me, multum promo
ui ſtudium ſapientiæ, et adieci pluri
ma, ad ea quæ a veteribus inuenta
ſunt: mea enim diligentia plurima
ſunt inuenta, q̃ ad ſapientiam, et re-
rum cognitionem multum faciunt.
17 Totum enim me tradidi ſtu-
dio ſapiẽtiæ, eãq; quo certi⁹ aſſeque-
rer, etiã hoĩm iſ̃ãias ⁊ ſtultitias diſce

re co

te conatus sum: verum conando cō-
peri, et hoc studium esse insignē quen-
dam animi cruciatum.
18 Qui enim conatur supra mo-
dum sapiens fieri, plurima experie-
tur valde ingrata: et qui ad priorem
eruditionem aliquid addere volet, id
sine magna molestia non perficiet.

Caput ij.

Dixi itaqꝫ apud me, suppedita-
bo tibi omnis generis iocos,
et quicquid risum excitare po-
terit: oblecta te illis: sed et hæc quo-
qꝫ cito vana iudicaui.
2 Risui enim dixi, demētas homi-
nes: iocis vero, nō pudet sic ineptire?
3 Statui itaqꝫ apud animum me-
um, lōgis cōuiuijs et multo vino cor-
pus meum molliter curare, et stultiti-
am q̄ ē in reliqꝫs rebus experiēdo dis-
cere: si forte possit vsq̄ inueniri aliqd
dignum, quo se occupet hūan⁹ aīus:
dum hæc permitto corpori discendi
gratia, animus vsqꝫ suum officium
facit singula sapienter considerans.
4 Tētaui itaqꝫ nō vulgaria, sed æ-
des extruxi magīficas, plātaui viñeas

Parauī

5 Paraui mihi hortos et paradi-
sos, et in eis plantaui arbores fructife
ras omnis generis.
6 Aptaui mihi aquæductus, qui
bus hæc arborum fructiferarum syl-
ua possit irrigari.
7 Emi mihi seruos, et seruas, et
ex eis nati sunt mihi vernæ: armẽta
præterea et minorũ animalium gre-
ges possedi plures, q̃ vllus ante me
in Hierusalem.
8 Congregaui mihi argentum et
aurum, et ea quæ proprie pertinent
ad reges, et prouinciarum dños: con-
quisiui mihi cantores, et cantatrices,
et quarum amore nulla natio non ca-
pitur, puellas plurimas.
9 Magnus hoc pacto sum fact⁹,
et superaui oẽs qui ante me fuerunt
in Hierusalem: interim sapientia mi-
hi in omnibus adfuit, quæ de ĳs iu-
dicaret.
10 Quicquid ex his oculis puta-
ui fore gratum, illis obtuli, nihil ab
eis abscondens: nec auocaui cor me-
um ab vllo genere lætitiæ: quin poti
us animus meus explet se quantũ po
test

test oblectatione harum rerum, quae
tanto studio conquisitae sunt: nec ali-
um sensi fructum tam molesti cona-
tus, q̃ vt oculos pascerem, et animus
se non nihil recrearet.
11 Coepi itaqꝫ tandem oĩa q̃ fecis-
sem recensere, et quantum laboris in-
sumpsissem priusq̃ haec perficerent:
et deprehendi oĩa plane esse res nihi-
li, quae interim tamen animum cru-
cient, necꝫ vllum stabilem ex re qua-
uis fructum capi posse in hac vita.
12 Iterum me conuerti ad ea, vt
saltem viderem quanta sapientia v-
sus essem in omnibus illis: et depre-
hendi in vino insaniam multam, et
in reliquis manifestam stultitiam:
Quid enim est homo, vt imitatione
regis Dei, aliquid magni conetur, cũ
nullam quantumuis paruam ex om-
nibus rebus quas ille innumeras fe
cit, aequare posset!

Nec Sa-
lomonẽ
in oĩ glo-
ria et ce.
Lucae.12.

13 Vidi tantum inter sapientiam
et stultitiam interesse, quantum inte-
rest inter lucem et tenebras.
14 Sapiens enim habet oculos
in fronte, stultus vero veluti caecus
palpitat

palpitat in tenebris, ſed interim vi-
deo eundem habere exitũ omnia.
15 Dixi ergo apud me, ſi ego ab il-
lis quæ manent ſtultum liber non e-
ro, quorſum conatus ſum ſupra q̃ ſa-
tis erat, fieri ſapiens? iterum ergo iu-
dicaui, ne ſapiẽtiæ quidem ſtudium
carere vanitate ſua.
16 Quia non erit diuturna memo-
ria ſapientis magis q̃ ſtulti: quomo
do enim id quod olim fuit, obliuioni
nunc traditum eſt: ſic et id, quod nũc
eſt, ſubſequentibus annis obliuioni
tradetur. et æque morietur ſapiens
atq; ſtultus.
27 Quare execrari coepi miſerias
viuentium, ꝙ viderem apud me, q̃tũ
ſine fructu ſit moleſtiæ in rebus quæ
fiunt ſub Sole: oĩa enim inania ſũt,
et nihil q̃ animum cruciant.
18 Odiſſe etiam coepi, ꝗcꝗd feciſſẽ,
q̃tumuis magno labore, ſub Sole:
quod relinquere id omne cogar alte-
ri, qui mihi ſucceſſurus eſt.
19 Et ꝗs nouit futurus ne ille ſit ſa-
piens, an ſtultus? qualiſcunq; erit,
certe accipiet omnia mea, quæ tanto
ſtudio

studio, et tanta solertia paraui toto
tempore vitæ meæ: certe hoc quoqꝫ
plane vanum est.
10 Quare cor meum statui liberare
curis, quib⁹ solicitus fui, ⁊ sapienter
agere visus sum sub Sole.
11 Contigit enim hoīem sapientia
et rerū cognitione, et frugalitate per
omnia vsum, relinquere q̄cq̄d sic illi
partum est alteri, qui eius laboris
plane expers fuit: certe hoc quoqꝫ va-
num est, et merito multum hominē
torquet.
12 Quid enim accipit talis homo ex
tam varijs curis, et animi tormentis,
quibus se torquet sub Sole?
13 Oēs dies vitæ eius miserabiles
sunt, et oēs conatus eius tædio ple-
ni: per noctem vix quietem admittit
animus eius: profecto hoc quoqꝫ in-
signiter stultum est.
14 Nihil melius homini, q̄̄ si come-
dat et bibat, et oblectet animum su-
um, inter tam varias solicitudines:
hoc enim iudicaui a benignitate Dei
profectum.
15 Quis enim me vixit sumptuo-
sior et liberalior.

Ad liberalē corū q̄ adsunt vsum hortat: et ab auaritia pessima animi peste deterret.

16 Certe homini cui bene volet
Deus, dabit eam prudentiam, & eam
ſapientiam, vt audeat vti rebus ſu-
is: peccatori autem immittet ſolicitu-
dinem augendi, et coaceruandi in vſꝰ
illius quē deꝰ illa accipere volet: qua-
re neq; hoc inſigni caret vanitate.

Caput iij.

OMnium rerum viciſſitudo ē,
neq; quicquam eſt ſub Sole
ſtabile.
2 Qui nunc gignuntur, aliquan-
do morientur: quæ nunc plantant,
alio tempore euellentur.
3 Nunc amputamus, quæ olim
vt adoleſcerent, curauimus: nunc de-
ſtruimus, quæ olim extruximus.
4 Interdum flemus, interdum ri-
demus, interdum moeſti lugemus, in-
terdum præ lætitia ſubſilimus.
5 Nunc diruimus vetera ædifi-
cia, nunc ex eiſdem lapidibus extrui-
mus noua: nunc operam damus am-
plexibus, nūc ad amplexꝰ nauſeamꝰ.
6 Nonnunquam magno ſtudio
quærimus, quod paulopoſt perda-
mus: nonnunquam comparcimus,
quod

quod postea dilapidemus.

7 Quandoq; discerpimꝰ, quod olim consuimꝰ: quãdoq; velut muti tacemus, quandoque inepte garrimus.

8 Interdum amamus, et iterum odio prosequimur amatum: interdũ inimicitias exercemus, quas iterum deponimus alio tempore, et pacem amplectimur.

9 Quem fructum capit homo ex tam pugnantibus, et molestis occupationibus?

10 Deprehendi q Deus immiserit animis hoĩm eiusmõi molestas occupationes, vt ipsi se illis torqueant.

11 Quicquid fecit Deus, pulchrum est suo tempore et loco: et mundum hunc totum exposuit examinandum ingenio illorum, verum ipsi nullius, vel mangnæ vel paruæ, earum rerũ quas Deus tam multas fecit, rationem inuenturi sunt.

12 Quare vidi nihil in omnibus illis rebus esse, quod hoĩ bonum esse posset, nisi forte exhilarare illum sese et bene facere sibi dum viuit,

13 Si homini contigerit animꝰ vt co-

comedat ac bibat et fruatur suis, in-
ter tam varias miserias, donum Dei
manifestum esse putet.
14 Certo cognoui, q̃ quicquid facit
Deus, erit quale ipse id esse volet: ne-
q; quisq̃ adiicere quicq̃ poterit, ne-
q; ab eo quicq̃ tollere: et Deus quic-
quid fecit, in hoc fecit, vt nos illum
hæc tam varia vidẽtes, reuereamur.
15 Quod fuit olim, nunc est: et de-
cretum fuit olim, vt etiam temporib⁹
futuris esset: assidue nanq; reuocat,
quæ veluti fugata hinc abierunt.
16 Et tanq̃ non esset malorum ex
hac incõstantia satis, vidi locum sub
sole æquitati destinatum, in quo do-
minatur impietas: et locum iustitiæ,
in quo regnat impius.
17 Dixi apud me admirans, et iust-
tum et impium iudicabit Dñs: ad eũ
enim referentur iudicanda quæcunq;
aut cogitantur nunc, aut fiunt.
18 Cũ non inuenirẽ causam aliam
quare De⁹ hæc permitteret: visum ẽ
mihi, velle illũ huiusmodi hũanis tu-
multibus, hoĩem sic exercere, vt vi-
deat se in hac vita parum differre a
brutis,

brutis, non aliter enim inter se hoĩes
tumultuantur, nec maiore sæpe ra-
tione, q̃ bruta inter sese.
19 Insuper et interitus hominum
et reliquorũ animantiũ, idẽ est: Quo
modo enim moriuntur bruta, moriun
tur et hoĩes: nec apparet ex ĳs quæ
fiũt sub sole, aliam esse hominis et ali
am brutorũ aĩam, nec vltra bruta a-
nimãtia quicq̃ habere hoĩem: omnia
enim æque vanitati subiecta sunt.
20 Quicquid est, siue homo, siue
aliud ab hoĩe, ad eundem locum ten-
dit: Ex terra enim facta sunt omnia,
et in terram iterum resoluentur.
21 Quotusquisq; interim nouit, an
hominis anima ascensura sit sursum
et reliquorum animantium cum cor-
poribus interitura sit?
22 Quare nihil inueni boni in om-
nibus his, præterq̃ boni consulere
oĩa, et frui partis sine solicitudine, il-
lis enim se homo sustentat: alia ve-
ro omnia extra ipsum sunt, et alĳs
relinquere cogetur: interim vt maxi-
me velit solicitus esse quis indicabit
illi, quid post ipsum futurum sit?

Caput. iiij.

COnuerti me ad alia, vt vide
rem q̃ varijs modis oppri-
mantur hoĩes in hac vita, et
vidi flentes plurimos, cum iniuria
afficerentur, nec esset quisq̃ qui eos
consolaretur, et multo minus qui de
violentis opprimentium manibus
eos eriperet.
2 Quos cũ viderem, iudicaui feliciores
eos, qui vita olim defuncti sunt, his
qui adhuc tam calamitose viuunt.
3 Quin et vtrisq; fortunatiores
dixi eos, qui nunq̃ nati fuerunt: illi
enim nihil horum viderũt malorum,
quæ in hac vita hoĩes in homines
designant.
4 Multa experientia didici hoĩm
conatus, et studia non alio tendere,
q̃ vt quisq; vicino suo, quibus pos-
sit artibus noceat, et rem propriam
promoueat: quod quid ẽ aliud quam
molestissimis curis animum misere
torquere?
5 Stulti quidam ab horũ quos dixi
mus moribus abhorrentes, vitiũ
in contrarium currunt, iunctis enim
mani-

manibus desident ociosi, et quicquid
habent consumunt, donec ad extre-
mam inopiam perueniant, et carnem
propriam rodere cogantur.
6 Melius, inquientes, est paulum
cum ignauia, quam multa laboriose cum
anxietate conquirere.
7 Conuerti me et ad alia, et vidi
nouum vanitatis genus.
8 Inueniuntur homines soli sine
socijs, sine liberis, sine cognatis: qui
non aliter sine fine laborant, quam si illis
innumeri alendi essent: cupiditatibus
eorum nullæ diuitiæ satisfaciunt:
nec vnquam ad se redeunt, vt apud se di-
cant, quibus laboramus? in quorum
gratiam fraudamus genios nostros
bonis, quæ plurima possidemus, et
quorum non est alius vsus, quam vt
nosmetipsos oblectemus? hoc, si quid
quam aliud, insigniter stultum est, et ani
mi molestissimum tormentum.
9 Quare meliorem et commodio-
rem iudicaui vitam duorum vna vi-
uentium quam vnius solius: adfert enim
boni non parum ipsa societas: et si ni-
hil aliud, succurrunt mutuo in malis,

quæ in hac vita omnib⁹ ferēda sūt.
10 Si enim alter eorum ceciderit,
alter collapsum socium erigit: qui
plane miser esset, nisi in ipso casu ha-
beret, qui manum illi porrigeret.
11 Si duo simul dormierīt, alē alter
calefaciet, sol⁹ ꝟo ægre calidus fiet.
12 Si vnus aliquis vim facere co-
netur, duo resistent illi: et funis tri-
plicatus non facile rumpitur.
13 Melior est adolescens pauper,
si sit cordatus, rege sene deliro, qui
non sustinet amplius admoneri.
14 Emergit nonnū& e carcere quis,
qui vinctus ibi fuerat, et regno præ-
ficitur: cum econtrario patre rege na-
tus ad inopiam redigatur.
15 Vidi maximo numero homines
sequi adolescentem illum, qui seni in
regno successurus est.
16 Non minor fuit numerus eorū
qui senem hunc olim sequebantur,
cū regno præficeretur, & nunc est qui
nouum hunc ambiunt: et sicut gra-
uis illis superiorib⁹ visa est potestas
regia illius, qui nunc contemnitur, ita
et huius qui nunc tantopere placet,
gra

CAPVT IIII.

grauis videbit: quare et ambit⁹ ille
suã habet vanitatẽ, et animi tædia.
17 Vide diligenter, quid facien-
dum tibi sit ingressuro domum Dei,
vt ores: et scito illum proxime tibi
adesse, et audire cuncta: caue ergo ne
multis verbis cum illo agas stulto-
rum more, quorum sunt ingrata Deo
q̃ faciunt oĩa. Caput. V.

NE præceps sis in lingua tua
oraturus Deum: neq; prope-
ret cor tuum effundere ver-
ba in conspectu Dei: est enim Deus
in coelo, vnde tua omnia, qui in ter-
ra degis, videt, quare paucis apud il-
lum verbis vtere.
2 Sicut diurnæ curæ gignunt som-
nia, ita multa ꝟba stultã faciũt orati-
3 Si quid inter orandum (onem.
promiseris, absq; mora vlla persol-
ue: ne illum stultorũ more multa pro
mittendo, grauiter offẽdas. Si quid
ergo promiseris præsta.
4 Melius est nihil promittere, q̃
promissa non præstare.
5 Quare caue ne linguæ futilitas,
totum te peccato inuoluat: neq;

putes angelum, qui tua obseruat,
rem tam æstimaturum leuem, q̃ tu
existimabas: qui præ multitudine
verborum vix sciebas quid promitte-
res, aut diceres: quod tu tam leue pu-
tas, Deum sic offendit, vt non solum
orationem tuam, sed propter eam et
alia opera tua sit execraturus.
6 Sicut in multis somnijs pluri-
ma sunt vana, ita et in multis ver-
bis: quare tu Deũ ex animo reuerere.
7 Si videris vsquã oppressio-
nem pauperis: et subuersionem æq̃-
tatis et iustitiæ, ne sic mireris, vt
eiusmodi latere Deum putes: ha-
bet enim oppressor ille superiorem,
qui ea quæ facit diligenter obseruat:
et supra vtrunq; illorum alij supe-
riores sunt.
8 Summũ quod terra homini præ-
stare potest, est ageliꝰ aliquis, cui co-
lenti eum satis esse possit, vt ex eo vi-
uat: et cui ille contingit, et eo conten-
tus est, is plane rex est.
9 Qui amat pecuniam, nunquã illi
tantũ pecuniæ adferri poterit, vt sit
futurus contentus: et qui inhiat diui
tijs,

tijs, nunq̃ ex eis fructum vllum capi-
et, quisquis talis, insigniter van⁹ est.
10 Vbi diuitiarum plurimum est,
ibi plurimi sunt ꝗ comedunt eas: Et
ꝗd habet amplius is cuius sunt diui-
tiæ, q̃ qđ videt alios eas cõsumere?
11 Suauis est somnus ei qui labo-
rando exercet se, siue parum, siue mul-
tum comedat: saturitas autem diui-
tis non sinit illum dormire.
12 Inuenitur aliud tristissimi mali
genus: vidi sub sole diuitias magna
diligentia conseruatas, in perniciem
possidenttum eas.
Perierũt opes illæ, et dños suos gra-
uiter afflixerunt. neq; em̃ ipsis, neq;
filijs eorũ, quicquã reliquum fuit.
13 Sicut nudi egressi sunt ex vtero
matris, ita nudi eo reuertẽtur, vnde
prodierunt: neq; vlli quicq̃ eorum
hinc secum asportabunt, quæ tantis
molestijs conquisierunt.
14 Sed et hoc quoq;, si nihil aliud
sit, triste malum est, qđ omnes quo
modo intrauerunt in mundum, eo et
relicturi sunt ipsum: et quid proderit
animum hic varijs curis afflixisse?

16 Tota vita sua sordide vixerunt
iracundi, seipsos cruciantes et simul
tates exercentes.
17 Meo ergo iudicio suauius est
comedere et bibere et frui bonis in
ter has miserias, quibus affligimur
sub sole, paucis dieb⁹ illis vitæ nos-
træ quos De⁹ nobis cōcedit: nihil em̄
amplius ex oib⁹ acceptur⁹ est homo.
18 Certe si cui Deus dederit diuiti-
as et opes, et animum vt comedere ex
illis audeat, et accipere id ex eis, quo
solo homini vsui esse possunt, vt co-
medendo et bibendo oblectet se, hoc
ingens donum Dei est.
19 Parum enim, qui talis est, me-
mor erit incōmodorum vitæ suæ: De
us enim exercet cor eius hilaritate.

Caput vj.

Est malum quod vidi sub so-
le, frequens apud homines.
Inueniūtur quib⁹ De⁹ dedit
diuitias, opes, et gloriam, adeo vt
nihil eis desit eorum quæ ab homi-
nibus desiderari possūt, sed animum
vtendi illis nō tribuit: quin potius
ignotus aliquis fruetur illis, hoc cer-
te va-

te vanū est et graue tormētū animi.
3 Si quis cētum genuerit liberos,
et diues vixerit annis plurimis, ani-
mum tamen suū fraudauerit bonis,
sepultura quoqꝫ honesta caruerit: iu
dicabo illo fortunatiorem, qui matre
abortiente eiectus est.
4 Hic enim vt nugamentū aliqđ
a conceptu in vtero aliquousqꝫ obscu-
re progressus est, sic tñ vt ne nomen
quidem eius vlli cognitum fuerit.
5 Solē enim non vidit, nec quicqꝫ
nouit, et liber fuit ab illis quibꝰ aua-
rus assidue torquetur.
6 Quid proderit homini, si conti-
gerit illum viuere annis bis mille, et
bonis suis non fruatur? nōne finem
capient anni illi, et eodem tendēt quo
alij oēs, vel alia omnia?
7 Nullus fructus ē aliꝰ hūani labo-
ris, q̄ cibum ori suppeditare: quod
quãuis factu facile sit, animi tñ cupi-
ditati omnino satisfieri non potest.
8 Quid amplius accipiet sapiens
ex suo labore, q̄ stultꝰ? et quid minus
habet pauper, qui industria sua sibi
victū parat, inter illos cū qbꝰ viuit?

At

9 At melius inquiēs est, cōtemplari
oculis diuitias præsētes, q̄ industria
sola fretum, in diē more pauperis vi
uere, certe falleris, qui hoc putas: nō
aliud enī aspectus diuitiarū adfert,
q̄ animi stultas curas et tormenta.
10 Qua ratione fuit olim vnuinq̄d-
q̄ prius q̄ esset, noīe suo notum et sci-
tum fuit: quid hic velit nolit homo,
futurus esset, nec posset nisi frustra cō
tendere cum Deo, qui ipso fortior ē,
quare sic vel sic factus sit.
11 Et si quis multis verbis conten-
dere cum Deo conetur, nihil illi eius-
modi obmurmuratio proderit.

Caput. vij.

FErendum est æquo aīo, qđ a
Deo immittitur: q̄s enim no-
uit quid expediat homini die-
bus vitæ quibus hic vanitate viui-
t? fecit enī dies hoīs De⁹ similes vm
bræ, de qua post abitum quid fiat
sub sole, quis iudicabit?
2 Gratior est fama bona post mor
tem, q̄ odor fragrantissimi vnguen-
ti: et dies mortis, melior est die quo
quis nascitur.

CAPVT VII.

3 Magis expedit ire in domum lu-
ctus, q̃ in domum conuiuij: In illa e-
nim videtur quem finem habiturus
ſit omnis homo: et qui videt mortu-
um alium, non poteſt non aliquo mo
do animus eius commoueri.
4 Melior eſt triſtitia, q̃ riſus: quia
per triſtitiam, quæ in vultu apparet
cor admonetur officij ſui.
5 Animus viri ſapientis, verſatur
in domo luctus: animus vero ſtoli-
di, in domo conuiuij.
6 Fortunatior eſt qui patienter au
dit obiurgationem ſapientis, q̃ eſt is
qui audit aſſidue cantillãtem ſtultũ.
7 Qualis enim eſt ſtrepitus ſti-
pularum ardentium ſub olla, talis
eſt riſus ſtultorum: interim neq; ſapi
entis obiurgatio vanitate caret.
8 Quia mali, ſi obiurgentur, quod
alios opprimant, affligunt ſapientẽ,
et perdere conantur eum qui cor ha-
bet tã ĩſigni ſapiẽtiæ dono exornatũ
9 Melior ergo eſt finis rei, q̃ prin
cipium, et homo patiens, q̃ is qui li-
bere alios carpit.
10 Ne inducas in animũ tuũ, vt ci-

to irascaris: solent enim stulti fere es-
se, qui proni sunt ad iram.
11 Ne dixeris apud te, pertæsus
malorum præsentium, Quid causæ
est, ꝙ tempora quibus vixerunt ma-
iores nostri, meliora fuerint, q̃ sint
hæc nostra? Non est eñ prudẽtis vi-
ri talia interrogare, cũ manifestũ sit
habuisse illa tempora incommoda
sua, sicut et hæc nostra habent sua.
12 Melior ẽ sapiẽtia quæ cũ diui-
tijs cõiũcta est, et vtilitatis pl⁹ adfert
tẽpore hui⁹ vitæ, quo solẽ spectam⁹.
13 Adfert eñ momẽti multũ sapien-
tia, & nõnihil etiã diuitiæ: hoc tamen
habet supra diuitias sapiẽtia, quod
sapiẽtẽ ad vitã perducat æternam.
14 Considera vniuersa quæ fecit
Deus, et inuenies nihil eorum pos-
se restitui, quæ ille perdidit.
15 Quare dum adest bonum, frue-
re, in aduersis patiens esto: voluit
enim omnia Deus vicissitudini ob-
noxia esse, vt videret homo nihil esse
stabile, cui tuto fidi possit.
16 Vidi plurima diebus vanitatis
meæ, et inter cætera, iusto esse non
nun-

nũꝙ iuſtitiam ſuã exitio, et impiũ in
impietate ſua diu et foeliciter viuere.
17 Ne ſis ergo iuſtus nimium, ne-
qȝ ſapiens vltra modum, ne forte et
tu ſimiliter pereas.
18 Neqȝ enim exlex, et ſtolidus ef-
ficiaris: qui enim eiuſmodi ſunt, vt
plurimum pereunt male.
19 Vt hæc pericula vites, nihil me
lius eſt ꝙ firmiter credas, et perpe-
tuo in memoria habeas, ꝙ illi qui
Deum reuerentur, omnia hæc morti-
fera mala effugient.
20 Sapientia ſæpe plus iuuat il-
lum cuius eſt, quam poſſent decem
primores ciuitatis.
21 Interim nullꝰ eſt hominũ tã ſa
piẽs et iuſtꝰ, vt non ſubinde peccet.
22 Quare delatoribus aurem faci-
le non præbueris, ne audire cogaris
qđ ſeruꝰ tuꝰ aliquoties ex impatien-
tia male de te locutus ſit.
23 Scis eñ tuipſe ꝙ nõnũꝙ locutꝰ
ſis ad eundem modum de aliĳs.
24 Hæc oĩa tentando per ſapiẽtiam
didici: et nõ cõtẽtus ĳs, conatus ſum
ſciri quæ ſciri ab hoĩe non poſſunt,
ſed

sed in hoc conatu sapientia mihi adesse recusauit.
25 Longe supra captum hũani ingenij est, velle scire quo cõsilio ab æterno vsus sit Deus in condendis et conseruandis rebus, et modis omnibus incomprehensibile.
26 Quare reuocaui animum meũ ad intelligenda ea q̃ ratiocinatiõe inuestigari possunt, et ad cognoscẽdã impiam stultitiã, et amẽtes insanias.
27 Et inuenio amariorem esse ipsa morte mulierem, quæ vna est instar venatorum multorum: cor ei⁹ simile retibus multis, et man⁹ vinculis: qui charus est deo liberat ab illa, peccator vero laqueis eius irretietur.
28 Ecce inq̃t concionatrix sapientia, hoc deprehẽdi ex cõparatione rerũ inter se, id q͂d quærit inueniri solere.
29 Laboraui vsq; in hanc horam, vt conferendo officium foeminarum cum ingenio et moribus, bonam et prudentem aliquam inuenirem, sed nihil successit, ex mille viris, vnum inueni tolerabilem: ex mille autem foeminis nullam.

Hoc

CAPVT VIII.

30 Hoc ſolum inueni, quod Deus
fecerit Adam rectum: et quod ipſe
cum poſteris multa magno ſtudio
ſtulta repererit, quæ a ſimplici recto
q̃plurimum recedunt.

Caput viij.

QVis conferendus eſt cum ſa-
piente, et eo qui iudicium ha-
bet de rebus? Sapientia ho-
minis gratioſum facit vultum eius,
et crudelitatem pellit.
2 Attamen ſuadeo etiam ſapienti,
vt obſeruet, quæ rex mandabit, et
præſtet ſi quæ deo in teſtem vocato
iurauerit.
3 Nec tu vecors et ſtolidꝰ, tã q̃ a cõ-
ſpectu illiꝰ poſſis aufugere, pertinax ĩ
malo perſiſte: q̇cq̇d em̃ ille voluerit,
4 Vbicũqꝫ aliq̇d noĩe re-(perficiet.
gis mãdatũ fuerit, ibi ⁊ poteſtatẽ eſſe
puta exequendi, quod mandatũ eſt:
nec audeat quiſq̃ contradicere, aut
quærere cur hoc mandauerit rex?
5 Qui obediens eſt mandato, non
ſentiet malum: tempus aũt aduentu-
rum vt ſumatur ſupplicium de tran-
greſſoribus non ignorat ſapiens.

Po Statu-

6 Statuit nanq; deus tempus, quo
de omnibus iudicaturus est: et pri-
usquã illud adueniat, varijs et peri-
culosis malis expositi sumus.
7 Nec scire cuiq; datur quid illi con-
tinget. qs eñ id possit illi indicare?
8 Et si sciret, nihil illi prodesset: ne
mo enim tam potẽs est, vt animum
suum contineat: nec appetente morte
vires vllæ quicq; proderunt: neq;
est spes vlla elabendi ex illo prælio,
quod nobis cum morte ineundum
est: nec impium tunc sua impietas li-
berare poterit.
9 Huiusmodi plurima obseruaui, et
diligenter expẽdi quæ fieri videbam
sub sole, quo tẽpore homo in hoiẽm
imperiũ exercet, non sine malo illius,
qui ferre imperium cogitur.
10 Itaq; vidi impios ad sepulchrũ
vsq; felicit degere, et ipsos veluti re-
surgere in filijs, & versari inter hono
ratos in loco sancto: eos vero qui be
ne faciunt cõtẽni a ciuibus: sed et hoc
insigni vanitate non caret.
11 Quia non subito sumitur sup-
plicium de his quæ designant ho-
mines,

mines, ipsi non faciunt finem intre-
pide malefaciendi.
12 Contingit nanque peccatorem cen-
ties impie agere, et quantum appa-
ret, id feliciter illi cedere: ego interim
scio, quod illis solis bene erit, qui Deum
reuerentur.
13 Impio vero, quantumuis appa-
reat, nihil continget veri boni: quin
et dies vitæ illius, etsi multi vide-
antur, citius vmbra, quæ res est ni-
hili, abibunt.
14 Est et alia vanitas, et frequens
in hac vita: videmus enim ea eue-
nire iustis mala, quæ impios ferre
decebat: et econtrario impijs bona,
quæ iustos accipere æquum erat: cer-
te hoc vehementer molestum est.
15 Quare laudaui hilaritatem ani-
mi, nec quicquam vidi melius, quam comedere,
et bibere, et frui bonis: hoc enim so-
lum accipiet homo tanquam suum ex
omni molestia, qua se fatigat, diebus
quibus vitam illi deus cōcedit sub sole.
16 Sic accōmodaui animum meū
studio sapientiæ, vt cognoscerem
quæ fiunt nobis in terra degentibus,

vt ſæpe nec die, nec noctu ſomnum
indulſerim oculis meis.
17 Et conſyderaui hæc tam varia
opera dei, quæ facta ſūt, et quæ fiunt
aſſidue, et depræhēdi non poſſe vllū
hominem inuenire rationē alicuius
rei, ex omnibus quæ tam varia fi-
unt ſub ſole, etiam ſi conetur omni-
bꝰ viribus inuenire: quin et ſapiens
ipſe, ſi conetur, fruſtra laborabit.

Caput. ix.

OMnia hæc diligenter reuolui
in animo, et comperi ꝙ iuſtū,
et ſapientē, et opera eorū Deꝰ
habeat in ſua poteſtate, necquiſꝙ no
uit quos habiturꝰ ſit vel amicos vel
inimicos: cūcta eñ hæc hoīem latēt.
2 Cunctæ res eodem interibūt mo
do, nec quicꝙ ab interitu liberum ē,
non iuſtus magis ꝙ impius: nec bo-
nus et innocens, magis ꝙ prauus:
neque ſacrificio Deum venerans, ma
gis quā Deum contemnens: non ali-
ter interibit bonus, ꝙ malus, iurare
conſuetus, ꝙ is qui a iuramentis ab-
ſtinet, ne Deum offendat.
3 Hoc moleſtiſſimum eſt oīm, quæ
ſub

sub sole fiunt, quod omnia absque ullo di
scrimine eodem modo intereunt: et
corda hominum interim implentur
malis ad insaniam usque, toto tempo-
re vitæ usque ad sepulcrum.
4 Quandiu is versatur inter vivos,
aliquid habet amplius quam si mortuus
esset: sicut canis vivus aliquid habet
amplius quam leo mortuus.
5 Siquidem ii qui vivunt, hoc ha
bent, quod se sciant morituros: mortui
vero nihil horum noverunt, nec sunt
apud vivos ullo amplius in precio,
sed oblivioni penitus traditi.
6 Nec amicos amplius, nec inimi-
cos, nec quos æmulentur habent: ni-
hil illis amplius commune est cum
hoc mundo quem reliquerunt, cum
omnibus quæ in eo sunt.
7 Comede ergo lætus cibum tuū,
et bibe animo hilari vinum tuum,
iādudum enī placent opera tua deo.
8 Omni tempore sint vestes tuæ
splendidæ, et caput tuum assidue de
libutum unguento.
9 Oblecta vitam tuam cum uxo-
re quam amas, tempore quo tibi vi-

uendum eſt in hac vaniſſima vanita
te, qua omnes dies tui pleni ſunt, hoc
enim ſolum eſt proprie tuum ex om-
ni labore, quo te fatigas tota vita
tua ſub ſole.
10 Quicquid tibi occurrerit, quod
faciendum putes, fac fortiter. nihil e-
nim horum operum quæ hic fiunt ne
q; conſilij, neq; prudentiæ, neq; ſapi-
entiæ quicq̃ in ſepulchro quo tu pro-
peras inuenturus es.
11 Obſeruando ea, quæ fiunt ſub
ſole, didici ꝙ raro adhibent veloces
ad currẽdum: neq; robuſti ad geren-
da bella: quin et ſapientibus ſæpe
deeſt vnde viuant, nec habent induſ-
trij diuitias, nec rerum periti in pre-
cio ſũt, ſed tanquam ignaui ſẽper fuiſ-
ſẽt, tẽp⁹ et caſus oẽs de medio tollit.
12 Nec magis nouit homo tem-
pus mortis ſuæ, q̃ piſces priuſq̃ ha-
mo capiantur, vel aues priuſq̃ la-
queo irretiantur: ſicut enim capiun-
tur illæ, ſic mors de improuiſo homi-
nes illaqueabit.
13 Sed et hoc vidi ꝙ eſſet ſapien-
tia ſub ſole, et meo iudicio magna.
Ciuitas

14 Ciuitas enim quædam fuit
parua, et viri in ea pauci, et rex po-
tens obsidione cinxit eam, et turres ex
truxit contra eam.
15 Et inuentus est in ea vir pau-
per sed sapiens, qui seruauit ciuita-
tem illam sapientia sua. nec fuit vn-
quã ante periculum habita ratio pau
peris illius.
16 Judicaui tum ego, qđ vtilior es
set sapientia viribus corporis: et ta-
men sapientia pauperis illius, tan-
to tempore contempta fuit, nec verba
illius a quoquam æstimata.
17 Verba sapientum, etiam si non
multum clament, ipsi efficaciora sũt,
q̃ principis stulti vociferatio.
18 Sapientia melior est instrumen
tis bellicis: qui interim peccat in vno
aliquo, plurimum boni ammittet.

Caput X.

SIcut muscæ in vnguentum
quantumuis fragrans collap
sæ, si illic moriantur vnguen-
tum corrũpunt, et bullis veluti scabie
obducunt, sic parua sæpe stultitia
homini ob sapientiam et reliquas na

turæ dotes claro, multum existimati
onis adimit.
2 Cor ſapientis in dextera illius ē,
et cor ſtulti in ſiniſtra.
3 Quacunq; iuerit ſtultus, væcor
dia cum comitabitur: et tanq̄ ipſe ſo
lus ſapiens ſit, obuios omnes ſtultos
appellabit.
4 Si dominandi cupiditas animū
tuum inuaſerit, locum priorem ne fa-
cile deſerueris: qui enim compeſcit in
huiuſmōi cupiditatibus animū ſuū,
multa vitabit et grauia peccata.
5 Frequens enim eſt malum ſub
ſole, quod ab imprudentia principis
proficiſcitur.
6 Collocantur ſæpe ſtulti inter
primos et potentiſſimos, præteritis
ĳs, qui ad res gerendas vehementer
idonei ſunt.
7 Et vidi ſeruos obequitare, tanq̄
nobiles ſint, et nobiles ſeruorum mo
re, pedibus iter facere.
8 Qui fodit foueam incidit in il-
lam: et qui diſſipat ſæpem, mordebit
illum ſerpens.
9 Qui proĳcit lapides, fatigabit
ſæpe

sæpe faciendo: et qui secat ligna, sen-
tiet q̃tum ea res habeat difficultatis
10 Si retusum fuerit ferrum, quo se-
cant ligna, q̃tũuis fortibus multum
negocij exhibebit: sapientia vero, dif-
ficiles alioq̃ res sæpe faciles reddet.
11 Serpens qui non ædito sibilo
mordet, per oĩa delatori sĩlis est.
12 Quæ sapiẽs dicit, gratiã habẽt:
sermo vero stolidi ipsũ subuertet.

Stultos esse significat et periculosos magnorũ conatus si prudentia desit.

13 Principiũ verborũ illi⁹ stultitia, &
finis furia, quæ periculo non caret:
14 Stultus sic verba multiplicat,
vt nemo intelligere possit, dũ loqui-
tur, quid velit, et multo minus de fu-
turis aliquid ex illis colligere.
15 Conatus stultorum lassabit eos:
quia rationẽ viuẽdi ciuiliter ignorãt.
16 Infelix patria cuius rex est pu-
er, et principes mane comedunt.
17 Felix patria est, cuius rex vir
strenu⁹ est, et principes tempore quo
oportet, comedunt, non comessationi
bus dediti, sed comedunt quãtum sa-
tis est ad vires corporis conseruan-
das.
18 Ignauia Domini domus, solue

 tur

tur contingnatio: et pigritia eius fi-
et, vt arceri non possit pluuia.
19 Ad voluptatē parant cibos, et vi
nū bibunt, vt se ex hilarent, quorum
nequitiæ pecunia suppeditat oīa.
20 Tu interim ne ausus fueris,
vel cogitare semel, vt huiusmodi in
rege vel principe reprehendas, etiam
si solus in cubiculo tuo fueris: fiet e-
nim palam, si non aliunde, certe aues
quæ in aere volitant, clam esse non
sinent. Caput xi.

De eleemosinis intelligit.

PRoiice panem tuum in præ-
terfluentes aquas, et scito non
periturū: tandē eū recipies.
2 Liberaliter egentibus tribue: sic
enim fiet, vt non senties mala quæ
imminent,
3 Vbi plenæ fuerint nubes, imbrē
suum fundent in sitientem terram, et
fruct⁹ arboris quocunq; loco cecide-
rit, siue in plaga Australi, siue Aqui-
lonali, erunt qui colligent illum.
4 Qui obseruat curiose ventum,
non seminabit, et qui metuit nubes,
non metet.
5 Sicut ignoras quomodo anima
coniunga-

coniungatur corpori, et ossa com pin-
gantur in vtero prægnatis: sic nunq̃
intelligere poteris rationem vllius
earum rerum, quas Deus fecit tam
multas et varias.
6 Mane semina semen tuum, et ve
speri ne cessa: nescis enim vtrum feli-
cius proueniet, quod mane, an quod
vesperi seminatū est, an illud quod
mane et vesperi.
7 Suaue est lumen, et gratum ocu-
lis videre Solem.
8 Interim si cui contingat multis
annis suauiter viuere, et tandem in
memoriam reuocauerit, quanto tem-
pore hoc Sole et lumine eius caren-
dum erit: iudicabit hæc fluxa, cassa,
et inania esse omnia.
9 Oblecta te adolescēs dū ætas est
integra: indulge genio, et versare in
illis quæ anim⁹ desiderabit, et oculi
concupiscent, sed scito quod Deo red-
diturus sis rationem de omnibus.
10 Pelle ex animo tuo iracundiam,
et a corpore molestiam: adolescentia
enim et reliquum totius vitæ temp⁹
vanitatis

vanitatis secum satis adferent.

Caput xij.

HAbe ergo ante oculos creato-
rem tuum, dū integra adhuc
ætas est, priusq̄ veniant dies
pleni malis, et anni quibus nihil libe
bit boni facere,
2 Priusq̄ obscuretur tibi Sol et lu-
men eius: luna quoq; et stellæ, et ca-
ligo obtegat oculos tuos.
3 Quod fiet, vbi debilitati fuerint
custodus domus, et menbra quibus
nunc valemus, viribus suis destitu
ta fuerint et visus oculorum, qui nūc
veluti ex cauernulis prospectat, defi-
cere coeperit.

Manus intelligi vult, qui bus nos maxime defende re solem⁹

4 Vbi claudi coeperunt ianuæ pla
teæ (per quam it cibus) vbi perierit
latratus stomachi, et homo tam de-
bilis fact⁹ fuerit, vt ad vocē auiculæ
excitet, et perierīt oīa organa cant⁹.
5 Tunc è coelo metum, et malum
in se casurum, et terrores eos quacun
q; iuerint inuadent: tunc canis asper-
getur caput, et nutabunt pedes, et pe
ribit appetitus, quæ signa sunt, eos
hinc migrare in domum alterius sæ-
culi:

Medullā intelligit

CAPVT XII.

culi: circundabunt eos in platea lu-
gẽtes, vt sublatũ in humeros efferãt.
6 Quicquid precedit diem quorum-
petur funiculus argenteus, et diffluet
pingue illud aureum, et cõminuetur
hydria iuxta fontem, et fractis rotis
currus in foueam per præceps ruet.
7 Et reuertetur puluis in terram
vnde sumptus est, et anima redibit
ad deum qui dedit illam.
8 Vanissima sũt omnia, inquit Ec-
clesiastes, & nullo tempore non vana.
9 Et quia sapiens erat supra oĩs
alios Ecclesiastes, multa alia popu-
lum docuit: diligenter enim scrutan-
do omnia, multa inuenit ad sapienti-
am pertinentia, et multa restituit sa-
pienter ab aliĳs dicta.
10 Studiosus valde fuit hic con-
cionator, vt vtilia et scitu digna inue-
niret, quæ autem inuenit, bona fide
chartis mandauit.
11 Verba sapientum sunt veluti
stimuli, et veluti claui viri studiosi,
qui aliĳs inculcant, quæ ab vnico
pastore deo, vt illis excitemur, dona-
ta sunt ipsis.

Medullã intelligit, q̃ transit spinã dorsi, qua vel minimum læsa, necesse est hominem mori.

Vocabulo stimuli,

His

CAPVT XII.

quo hic vtitur subindicat simillimos asinis esse nos, & frequentissimis egere vos extimulationibus.

12 His paucis fili mi admonitum te puta: vt autem omnia perstringantur sigillatim, ne plurimis quidē libris fieri poterit, et labor multa scribendi corpus defatigat.

13 Finis omnium rerū qualis sit, iam auditum est: tu Deū reuerere, et mandata illius obserua, illo enim solo acquiritur, quicquid vere hominem et solide beatum facere potest.

14 Nec ignorare Deum putes, quæ tu facis: omnia nanq; diligentissime expendet, siue bona fuerint, siue mala, etiam ea quæ nobis videntur penitus occulta.

FINIS.

ANNOTATIVNCVLÆ AD EXPLANATIONEM ALIQUOT LOCORUM, QUORUMDAM INTELLECTUI DIFFICILIUM.

Psal. 6. Versu. 1.

NEq; pro bili) Id est secundum cōmotionem illam acerrimam, qua peccatis meis irritatus videris ad me grauissime affligendum incitari, quum tamen quantum ad tuam naturam attinet, sis ab omni mentis perturbatione lōgissime semot⁹. Sed spiritus dei, vt hic ita et sæpe alibi, affectibus hominum et imbecillo intellectui nostro consulens, sic loquit̃, perinde atq; apud Deū aut hæc aut quæuis alia esset cōmotio aut mutatio. Latine dicimus bilē cuipiam aut stomachum moueri, quoties quis ad iram concitatur, quod fit tum præcipue, quum atra bilis, id est humor quidam subniger in stomacho super fluus efficit ventriculum intumescere, ex quo tumore, quoniam corpus quodammodo male afficit, mens statim contagione mali exurgit ad vindicandū, si quis vel minimo ꝓuocare sit ausus. Psal

Psal. 8. Versu. 5.

Tantum non Deum) Id est propemodū seu prope. Titus Liuius quartæ decadis lib. septimo. Quod vbi Eudemus, qui cogebat agmen, vidit non posse æquare ordinem Romanos, et tantū non iam circumiri a dextro cornu, concitat naues. Et quæ sequuntur. Erasmus in Moria. Jam vero Georgium etiam Herculem inuenerunt, quemadmodum et Hippolytum alterum, huius equum Phaleris et bullis religiosissime adornatū tantum non adorant, Id est, fere nihel deest, quin diuino cultu prosequantur, quam quod non adorant. Hūc loquendi modum præter eos qui modo citati sunt, suis scriptis inserunt Suetonius et Valerius Maximus. sed parce, Hic vero noster Campensis vtitur eodem non raro, quod ob id factū crediderim, quod eius significantiam a paucis intellectam crebro vsu nobilem fieri et illustrem voluerit. Idq; fecit suo iure vir doctissim⁹, Caueat sibi tamen quisquis adhuc est literarū tyrunculus, ob nimiam huius aut huiusce similis vsurpationem, ne ī pessimum affectionis vitiū incidat.

Psal. 20. Versu. 1.

Suppetias feret) Id est auxilium afferat. Habet hoc nomen hunc ipsum tantum casum, nec aliũ ꝙ̄ quod nunc habet, verbo coniungi potest, in communi authorum vsu. Eiusdem naturæ est inficias ire, id est negare, verbo potius quam facto.

Psal. 23. Versu. 4.

Pedum) Baculus pastoralis. Maro in bucolicis. At tu sume pedum &c.

Psal. 24. Versu. 9.

Vectes) Id est repagula ferrea.

Psal. 27. Versu. 3.

Iustus exercitus) Id est magnus, et ob id formidabilis.

Psal. 33. Versu. 2.

Nablo) Psalterium græcum est, et latine organum dicit, quod Hebræi nablum vocant, Ait Valla in Raudensem. Aretius Filinus, et Pellicanus de nablo aliisq; quibusdam instrumentis musicis ob figurarum et nominum quotidianam mutationẽ nihil certi scituq; nessarium tradi posse contendunt.

Psal. 38. Versu. 16.

Ansam gloriandi) Id est commodiorem occasionem, Efficit enim ansæ

Et in vasis,

vt apprehendi et teneri pos-sint com-
modius. Ibidem.
Cristas suas erigere) Id ē superbire.

Psal. 35. Versu. 14

Pullatus) Id est nigro habitu amic-
tus, qui color et mos etiamnum a-
pud Gallos, et plærasq; alias natio-
nes in funebri pompa adhiberi solet.

Psal. 41. Versu. 2.

Diuitem) Vetus apud latinos inter-
pres reddidit beatum, latinius quam
significantius. Beatus etenim, diui-
tem etiam, seu locupletem significat,
in quo significatu Iuuenalis beatæ
vetulæ meminit. Pellican[9] sic habet,
Beatus fiet in terra, quod itterpre-
tando, bene, inquit, vtetur et iucunde
hoc mundo, et hic incipiet frui donis
Dei. Hec ille.

Psal. 42. Versu. 7.

Cataractæ) Cataractæ dicuntur a-
quarum descēsus ex eminetissimo lo-
co cum maximo fragore, veluti si coe
lum pateat, et aquæ quæ super coe-
los sunt, in exitium pessimorum a do
mino effundantur. Hec Pellicanus ī
Caput septimū Geneseos, sectiōe. 11.

Psal. 44. Versu. 9.

Qui fieri potest) Id est quomodo,
Horati[9],

Horati⁹. Qui sit Mecœnas, et reli-
qua Psal. 46 Versu. 7.
Firmissimæ basis) Id est solidissimi
& robustissimi fūdamēti & sustētaculi
Psal 49 Versu 18
Genio indulgeas) Genio indulgere.
Id est naturæ nobis inditæ et ipsi
(vt sic dixerim) sensualitati, q̄cq̄d li-
bet permittere et cōcedere. Defrauda
re geniū, quod apud Terētiū et alios
reperire est, contrariam habet signi
ficantiā. De his, si vacat, vide Sipo
ntinū. Psal. 58. Versu. 8.
Limaci) Limax reptile est, è cochlea
rum genere, non quidem testam as-
sidue circumferens, sed ad eam se se
subinde recipiens.
Psal. 78. Versu. 1.
Stratagemata) īuentiōes īgeniosæ
seu artes rei bellicæ absq; dolo malo
ad circūueniendū hostem appositæ.
Extant hoc titulo libri de re militari
cōscripti. Ibidem. Versu. 58.
In æditis locis) Id ē excelsis & altis.
Ibidem. Versu. 62.
Excanduit) Id est velut ignitū fer-
rū ī iræ feruorē, seu furorem potius
inflammatus fuit. Nam (vt inquit
Valla) excandescere hominē ī vasis

dicimus, quum vehemẽter irascitur. Hic memineris velum quod initio de bili dictum est.

Ibidem. versu. 66.

Podices) Id est foramina per quæ corporibus emittantur excrementa, Stoici et alij qui scapham scapham, et ficumficum nominant, suo nomine culos appellarent..

Psal. 59. Versu. 50.

Concoquere) Id est consumere cibũ in ventriculo, vi et efficacia caloris naturalis. Metaphora aũt hic est, pro eo quod ẽ patienter ferre. Cicero alicubi negat sibi stomachum esse, qui contumelijs concoquẽdis par esse possit.

Psal. 90. Versu. 1.

Asyli) Id est loci in quem scelerati homines, atq; itidem innocẽtes quoq; qui sibi tamen metuebãt, tuto sese possent recipere, qualis erat aliquot in regionibus lege Mosaica constitutus, propter eos qui imprudentes, et nullo prius odio incitati hoĩem interfecerunt. Sed longe alia ratio erat Romani Asyli, de quo videre est abũde libro primo ab vrbe condita.

Psal. 92. Versu. 10.

Cornu

Cornu monocerotis) Id est animalis illius nobilis, vnicum et preciosum cornu habentis.

Ibidem. Versu. 14.

Bene habiti) Id est pingues et succulenti, quorũ membra in rugas non flaccescunt, wel hyldighe och fuldsomme vdi aensycht och lemmer, sequitur.

Virentes) Id est multum viridioris ac floridioris ætatis quantum ad robur attinet, in se continẽtes, sicut apud Maronem Charontis senectus viridis dicitur.

Psal. 89. Versu. 6.

Sonate taratantaris) Id est sonis illis, vocem hanc rauco murmure et strepitu referentibus.

Ibidem. Versu. 8.

Flumina iunctis manibus &c) Affingit fluminibus manus, et easdem iunctas, quales esse solẽt gaudio exultantium et agentium gratias.

Psal. 99. Versu. 5.

Ad scabellum pedũ ipsius) Id est ad terram. Coelum enim sedes eius, terra autem scabellum pedum ipsius, inquit alicubi scriptura

Ibidem, Versu. 8.

Stulte

Stulte cõmenti fuerant) Id est ex se ipsi excogitauerãt, nulla diuini spiritus inspiratione aut aperta scriptura imbuti et instructi.

Psal. 102. Versu. 13.

Tempus appetere) Id est appropinquare, verbũ Gellio frequens.

Psal. 104. Versu. 3.

Innouabis superficiem terræ) Id ẽ superiorem faciem, et oculis expositã speciem et formam terræ. Pellicanus cum veteri translatione habet renouabis faciem terræ, Id est reuirescere facies terræ nascentia. Vide Vallam Reipubl literariæ Camillum in elegantiis.

Psal. 112. Versu. 8.

Animo erit præsenti) Quoniã, ĩquit Valla, quæ præsẽtem vim effectũq; exhibent præstantiora ac potentiora cæteris videntur, ideo in hunc quoq; sensum accipi solet, vt præsens animus dicatur præstans atq; excellẽs Sipontinus præsẽs idẽ ait esse quod efficax, fortis, potens, Vergilius. Nũc si cui virtus animusq; in pectore præsens. Pro præsenti animo Pellicanus dicit sustentatum cor, ne scilicet animus in talos decidat.

Psal

Psal. 113. Versu. 1.

Serui) Vetus translatio pueri habet, quo verbo Ciceroni et Paulo Iurisconsulto serui significantur, vt itidē in Euangelio Puer meus iacet in domo paralyticus. Sed voluit hic noster discrimen quod multis inter puerum et seruum esse videtur, penitus auferre, ne qui hoc loco amplius seruos acciperēt pro filijs, quum alioqui puer etiam filium significet, Vergilius Ascaniusque puer .i. Aeneæ filius.

Psal. 116. Versu. 15.

Grauate) aduerbiū, moleste sigῑficat

Ibidem.

Nec temere) Nec fere. Quintilianus. Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere vnquā peruenit ad frugem Id est nunquā fere.

Psal. 119. Litera Thet. Versu. 8.

Pondo) Pondo licet aliquando pro libra inueniatur, proprie tamē significat pondus duodecim librarum, et est indeclinabile. Hæc Sipontinus. Ponitur hic ingens quidē sed finitus tamen thesauri cumulus pro inmēsa diuitiarū copia, id quod indicat Pellicanus in illud: Super millia auri et argenti, Id est, quam diuitiæ mundi omnes,

di omnes, quæ huic veræ sapientiæ non valent comparari.

Litera. Samech. Versu. 7.

Scoriam) Id est fecem, seu reiectamẽtum plumbi, argẽti, ferri cæterorumq; metallorum, Vide Sipontinũ, et Pellicanum,

Psal. 138. Versu. 6.

Cominus) a loco proximo, vt sicarius pugione cominus incautũ sauciauit, eminus a loco remoto, vt eminus balista miles hostem impetijt, vide Vallam in Raudensem.

Psal. 139. Versu. 8.

Offendam) Id est inueniam.

Psal. 140. Versu. 5.

Pedicas) Id est, trichas seu laqueos quib⁹ ambulãtiũ pedes irretiri solẽt.

Psal. 142. Versu. 7.

Coronæ) Id est, hominũ multitudinis ad audiendũ, vel spectandũ quippiam per circuitum sese cõdẽsantis

Psal. 651 Versu. 101.

Glebas occa) Id est satiõe iam facta frange cõprimens glebas, planans & æquans q̃cq̃d prauũ ẽ in conscientia, verbo tuo, vt vult Pellicanus.

Psal. 68. Versu. 13.

Fuligine) fuligo materia nigra est tã in rustico,

in rusticorum domibus quam in alia supellectili repertu facilis, ex humiditate loci et vapore fumi, vi caloris concreta. Danice, soed, Eius meminit Maro in Bucolicis. Postes fuligine nigri.

Psal. 73. Versu.21

Acore) Id est amarore quodam & veluti acri admodum aceti gustu, atque ob id acescere dicitur a Pellicano.

Psal. 75. Versu. 8.

Meracum) Id est, merum et purum vinum nihil aquæ permistū habēs. Cornelius Celsus. Vinum dilutum pueris, senibus meracius aptum est.

Psal. 78. Versu. 57.

Qui scopum non petit) Id est, signū sagitttarijs propositū. Suetonius de Domitiano. Nonnunquam pueri procul stantis præbētisque pro scopo dispansam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla innocue euaderent.

 Multa

Capite. 1. Sectionis 6.

MVltum promoui studium sapientiæ. Id est, effeci vt magnū acciperet incrementum.

Capite. 2. Sectione. 5.

Hortos et paradysos) Id est, viridariorū locos, quorū hij voluptatis causas, illi etiā vtilitatis gratia parabātur.

Ibidem. Sectione. 7.

Vernæ Q)ui etiam erant proprij domino, et quemadmodū parentes, etiam seruilis conditionis, sic nati natorum et qui ab illis nascebantur, nisi si qui essent liberalitate dñi, libertate donati. De eis eorumqʒ statu et conditione cōsule legum peritos.

Capite. 5. Sectione. 16.

Vixerunt sordide) Id est auare, sordes enim latinis etiam auariciam significat.

Ibidem.

Simultates exercentes) mutuo et intestino odio sese diuexantes.

Capite. 10. Sectione. 1.

Bullis) bulla tumor ille, in aqua cū ingens fit pluuia, vel in olla ebulliente, alioue quocunqʒ liquorē subito exoriens

orīens et cito euanescēs Danice bob-le. M. Varro similem facit humanæ vitæ imbecolitatem. Homo, inquiēs, bulla est, quam ipsam ipsiꝰ auream sententiam. Rosæfontanus, qui hæc candido lectori conscripsi, seu congessi potius, adulescens admodum hoc extemporaneo disticho complexꝰ sū.

Vita hominū fragilis, tumidæq; simillima bullæ est,

Gurgite quæ vitreo mox peritura fluit.

Capite. 12. Sectione. 2.

Priusq̄ obscuretur tibi sol) per metaphorā tota hæc sequēs sententia ponitur, inquit Pellicanus, qui interpositis aliquot versibus, quos licet vtilissimos compēdij caussa prætereo ait: Solem obtenebrescere lumen et stellas, est ea non posse videri a caligantibus oculis senectutis. Cæcutientibus oculis lumina videri non possunt, vt legitur de Eli et Isaac.

Ibidem.

Et caligo obtegat oculos tuos) Idē Pellicanus habet. Et reuertantur nubes post pluuiam, quod est, eodem

exponente, sic anxiari senem pro multis tribulationibus, vt post lachrymas oculi patiantur caliginem, quod fletus visui noceat. Vel, pro ætate senibus oculi distillent humores, et defluant ex debilitate. Præueniendæ itaq; est talis molestia ætatis, timore dei et sapientia vera, cum memoria bonorum operum, quæ in iuuentute se exercuisse gaudeat senex.

Sectione. 3.

Custodes domus) Custodes domus quidam (inquit Pellicanus) costas intelligunt, quibus intestina vallantur et conseruantur, et tota ventris mollitudo sustentatur, quæ dicunt, senibus contremiscere. Verum, quia contremiscere magis manuum est, et cõmoueri, quæ & in senibus tremulæ sunt, quibus domus tota corporis custodienda erat et defendẽda, Ideo per domus custodes potius manus intelligamus.

Ibidem.

Et membra quibus nunc valemus, virib⁹ suis destituta fuerint) Hic Pellicanus dicit incuruari viros fortitudinis,

dinis, quod est (secundum eundem) scapulas inclinari, & humeros deflecti, dorsumque incuruari prae imbecillitate senum.

Sectione. 4.

Vbi claudi coeperunt ianuae plateae) Pellicanus non viam per quam it cibus, intelligit, vt noster Campensis, Sed dicit claudi ianuas in platea, est pro decrepita aetate claudũ non posse prodire in publicum, et infirmos gressus extra domum proferre non posse, sed vt claudum domi dilitescere.

Ibidem.

Latratus stomachi) Caninus appetitus apud medicos morbus est, quãdo nulla ciborum copia potest satiari appetentia comedendi, et capitur hic pro ardẽti ciborũ desiderio, quod plaerunque in ĩtestinis murmur quoddam excitat, quale est canum, cum primum incoeperint ad latrandum irritari, Haud dissimili modo accipit Horatius, cum inquit, Cum sale panis, Latrantem stomachum bene leniet.

Ibidem.

Ad vocem auiculae excitetur) Id est

Pellicano authore, ad leuem sonitum noctu euigilare et et expergefieri, gallecinia insomnem numerare

Ibidem.

Et perierint omnia organa cantus) Pellicanus habet, et obsurdescēt omnes filiæ carminis, Hoc est (secūdum eundem) senum aures grauiter audidire cantores et cantatrices, nolle delectari carminibus, vt Berzellai loquitur. 2. Regū. 19. Nullius enim pretij vel momenti senex habet cantiones, quibus delectatur adolesentia.

Sectione. 5.

Tunc e coelo metum) Pellilican⁹ Excelsa quoq; timebunt, ĩquit, quasi firmamenta coelorum disrumpantur, & in eorum capita videantur casura ob iudicij scilicet impendentis metū, ob scelerum cōscientiam, a quo timore alienus est, quisquis adulescentiā, iuuenilem ætatem, atq; adeo ipsam senectutem transegit innoxiam, Nec magnopere est, quod formidet qui in decrepita quoq; ætate ex animo resilijt a vicijs, is etenim ab auditiōe mala nō timebit. Auditio aūt mala imo

pessima

pessima est: Ite maledicti in ignem æternum, Hanc iusti hominis securitatem, quam per nebulam etiam vidit Horatius, de innocente et probo sic loquēs: Si fract⁹ illabatur orbis Impauidum ferient ruinæ Caueat tamen quisq; sibi, ne dedita opera emendatiōis propositum et voluntatem in senectutis limen proferat, Horribilis enim hæc extat Augustini sētentia. Percutitur, inquiēs, hac aīadversione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblit⁹ est dei. Quæ sententia tamen, horrorem peccandi debet incutere, non excutere etiam in sceleratissimis veniæ spem. Testis est latro, qui eodem horæ momento veniam et paradysum Christi beneficio assequutus est.

Ibidem.

Tunc canis aspergetur caput) Hoc Pellicanus vocat florere amygdalū, quod est cano capite secunda iuuentutis signa exhibere, et præmaturæ ætatis præbere indicium, et flores sapientiæ obtendere.

Ibidem.

 Nuta

Nutabunt pedes) Hoc est, nec tuto satis incedere possunt, vbiq; casum timẽtes, vacillant enim gressus vt sine scipione nequeant incedere, vt sentit Pellicanus.

Ibidem.

Et peribit appetitus) Appetitum perire est, secundum Pellicanũ, dissolui concupiscentiam et destitui omni delectatiõe, cibi, potus, somni, Veneris, honorum, et gaudĳ.

Ibidem.

Migrare in domum alterius sæculi) Pellicanus habet, ire in domũ sui sæculi, quod est auspicari vitam futuram, expectare mortem, intelligere se non habere hic manentem ciuitatẽ, sed sæculum futurũ cupere, ad quod a deo creat⁹ est, vt hanc vitam in timore dei exigens, futuram in gaudio perpetuo assequatur.

Ibidem.

Sublatũ in humeros efferant) Id ẽ, loculo impositum ad sepulturam domo exportẽt. Ibidem, quod paulo ante præcedit, nempe circumdabunt eos in platea lugentes, sic reddit Pellicanus, Circu-

nus, Circumibunt in platea plangentes, quod, secundum eundem, est exequias deferre defunctis, vltimum huius mundi obsequium cogitare, et præparare exuuias sepulturæ, condere testamẽtũ, audire familiam proximam mortem lamẽtantem, planctũ amicorum et piorũ, donec sepulchro includatur vt quiescat.

Sectione .6.

Funiculus argenteus) Hoc est, secundum Pellicanum, Spiritus vitalis, qui membra colligat et iungit, exornat colore: quo efflato putrescit corpus et perdit forma, et proportio humorũ, Vel, anima intellectualis, quæ illuc recurrit vnde descenderat.

Ibidem.

Pingue illud aureũ) Pellicanus vittam auream reddit quam vt ait idẽ, iudæi dicunt venam vrinalem, vt.3 Regum.7.duo funiculi.

Ibidem.

Et cõminuet Hydria iuxta fontem) Pellicanus, quomodo hydria quæ conteritur cessat haurire de fonte aquas refrigerĩj, et rota putei si fuerit confrac-

ta, siue, vt alij interpretes voluerūt, in suo funiculo cōuoluta, aquæ necessarius vsus intercipitur: sic dum vitæ funiculus interruptus extiterit, & animæ riuus ad fontem recurrerit, interibit homo et moritur. Mortis enigmata hæc sunt, et senectutis molestiæ eleganter poeticeq́ descriptæ.

Sectione. 7.


Et reuertetur puluis in terram &c. Et anima redibit ad deum) Pellicanus. Non ergo anima hominis in visceribus maternis e parentum corporibus generatur, sed a deo creatur, qui est pater omnium spirituum, qui infundēdo animam creat et creando infundit.

Emēdandi sic aliquot psalmorum loci.

In epistola liminari pagina. 1. Versu 14 æditionis legendum Psal. 6. versu octauo fletu
Psal: 7 ver 1 collocaui, versu 5 in illū ibidem persequatur ver 6 pollicitus
Psal: 10 ver 3 in dominum, versu 6 habet
Psal: 17 ver 5 quæso
Psal: 18 versu 10 inclinauit ver 15 sagittas ver 25 iusticia ver 43 platearum
Psal: 19 ver 7 qui ver 10 ipsi
Psal: 20 ver 2 e loco
Psal: 27 ver 5 collocarit
Psal: 28 ver 6 est ver 7 carminibus
Psal: 29 ver 2 fateamini ver 11 dabit
Psal: 32 ver 11 propitium habeatis
Psal: 33 ver 9 vnq̄
Psal: 34 ver 2 audiant ver 9 tam liberaliter benignū esse dominū vt foelicem iudicaturi rc̄, ver 13 concinnent ver 15 sectare
Psal: 35 ver 7 lege pernitiem meam, versu 16 conductis
Psal 37 ver 14 innoxie
Psal: 40 ver 9 mi deus ibidem in penetralibus


Psal: 42 ver 7 cartaractæ
Psal: 44 ver 17 non quod
Psal: 49 ver 14 abducentur
Psal: 50 ver 13 victitare ver 20 conabaris
ver 22 intelligite
Psal: 56 ver 8 quã pro quare, ver 12 offerre
Psal: 57 ver 1 præterierit ver 9 multitudi-
Psal: 58 ver 1 iudicetis (nẽ
Psa: 62 ver 5 quam, ver 9 appenderentur
Psal: 63 ver 10 enim
Psal 64 ver 8 linguam
Psal: 68 ver 7 gradereris ver 22 pfũdissimo
mari
Psal: 70 ver 4 propitium
Psal: 72 ver 3 adferant ver 11 vsq̃
Psal: 73 ver 16 horum ver 23 fui
Psal: 74 ver 2 hæreditario ver 21 pauper
enĩ humano
Psal: 75 ver 4 admonui ver 8 meracum
ibidem exugere
Psal: 76 ver 4 apparuisti
Psal: 78 ver 32 priora peccata ver 39 reuer
surus ver 53 securos

Roschildiæ apud Joannẽ Bart
Idibus Nouembris Anno
M. D. XXXVI.


227


Quid vetera pellex, vix et aliis
sunt fidei
Jungit et uxorem in unum fronde
copula
A. Jure sociant unius sacros vis;
virtus


In hunc modum scripsit Gromo
Paulinus



228

Si d[eu]s pro nob[is] quis
contra nos

Si mihi difficilis formam
natura negavit
Ingenio formae damna re-
pendo meae






Foto 1337



